

BEATI
RAYMUNDI
ULLI
DOCTORIS ILLUMINATI
ET
*Est ad suum locum. Vnde huiusmodi sunt. Et hoc
est quod dicitur de liberto. Quod est de libertate.*
MARTYRIS

LIBER

MAGNUS CONTEMPLATIONIS
in Deum.

JUSTA MOGUNTINAM EDITIONEM
in folio Anni MDCCXL.

IN VARIOS TOMOS DISTRIBUTUS.
Tomus XIII.

PALMÆ MAJORICARUM
anno MDCCXLIX.

Superiorum permisso.

Typis Viduæ Frau Typogr. Regiæ
Audientiæ.

BEATI RAYMUNDI
fol. 3.
ULLI
DOCTORIS ILLUMINATI
ET
MARTYRIS
MAGNUS LIBER
CONTEMPLATIONIS
IN DEUM.
VOLUMEN III.

LIBER V.
DISTINCTIO XL.
DE ORATIONE.

CAPUT CCCXV.

De forma orationis.

I.
a.



EUS gloriose, cui de-
tur gloria & honor
semper! Sicut Mun-
dus est unus in for-
ma, quæ est in
tribus figuris, scili-
cet in figura sen-
tuali

4 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
suali & in intellectuali & in animali,
& omnes tres figuræ componunt u-
nam formam tantum, ita, *Domine*,
oratio est una in forma quæ figuratur
in tribus figuris, quæ sunt oratio sen-
sualis & oratio intellectualis & ora-
tio composita ex ambabus; quia, si-
cut animal est tertia figura composi-
ta ex sensualitate & intellectualitate,
ita tertia figura orationis est compo-
sita ex oratione sensuali & ex intel-
lectuali.

2. Igitur, cùm hoc ita sit, *Do-
mine*, secundum hoc figurantur hu-
mano intellectui tres figuræ orationis,
quarum *prima* est oratio sensualis, quam
facit homo loquendo & nominando
& orando tuas Virtutes & tuas ho-
norationes, petendo à Te gratiam &
indulgentiam & benedictionem; *secun-
da* est oratio intellectualis, quam fa-
cit homo memorando & intelligendo
& amando Te, contemplando tuas ho-
norationes & Virtutes; & *tertia* est
quando homo facit bona opera, & u-
titur

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXV. 5
titur justitia & misericordia & veritate & aliis virtutibus.

3. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut in *Distinctione de Amore* habuimus ordinationem & directionem in memoria & intellectu & voluntate, ita in hac *Distinctione de Oratione* proponimus habere ordinationem & directionem in prædictis tribus figuris orationis; &, sicut prima & secunda figura amoris stant in tertia secundum quod probatur in ultimo Capite *Distinctionis de Amore*, ita prima & secunda figura orationis stant in tertia, quam tuus servus proponit salvare & custodire & reconde-re in tertia figura amoris, ut post suam mortem in ea inveniat omnes tres figuras orationis.

4. b. *Liberalis Domine in omnibus bonis, qui es Amor meorum inamoratum!* Prima figura orationis est *oratio sensualis*: unde dicimus quod, quando homo Te orat & benedicit sensualiter, tunc lingua Te nominet &

6 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III
& benedicat & Te precetur & dicat:
gloria & benedictio & virtus & ho-
noratio & reverentia & honor fiat
Tibi, *Domine DEUS*, qui es Pater
& Dominus & Creator omnium re-
rum, & à quo venit gratia & benedic-
tio omnibus creaturis.

5. *Juste Domine!* Quando homo à
Te petit gratiam ut ei remittas sua
peccata & ei des gratiam & bene-
dictionem, & cum pœnitet suorum
peccatorum & Tibi confitetur corde
humili & devoto, & se cognoscit pec-
catorem & culpabilem erga Te, & ha-
bet voluntatem non revertendi ad pec-
atum, tunc Te orat sensualiter.

6. *Gloriose Domine!* quando homo
genuflectit & osculatur terram & ele-
vat suas manus & suos oculos versùs
cœlum & facit sanctum signum cru-
cis, tunc sensualiter Te orat suum
corpus quod est creatum & forma-
tum ad faciendum orationem & re-
verentiam & honorem suo Creatori
& suo Domino & suo Benefactori;
quia,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXV. 7
quia , sicut lingua hominis est creata
ut nominet & oret tuas gloriosas Vir-
tutes , ita totum corpus ipsius est cre-
atum ut suppliciter Tibi faciat reveren-
tiam & honorem.

7. c. *O Domine , qui amas omnes vo-
luntas quæ erga tuam Voluntatem
inamorantur ! Secunda figura orationis
est oratio intellectualis : unde dicimus
quòd , quando benedicta anima de-
votè Te memorat & intelligit & a-
mat & fruitur & contemplatur in tu-
is Virtutibus & in perfectione tuarum
Proprietatum & omnes suos sensus in-
tellectuales dat contemplationi tuarum
honorationum & tuorum operum
virtuosorum , tunc oret intellectua-
liter.*

8. *Excellens Domine ! Quando vir-
tuosa anima habet contritionem &
pœnitudinem suorum peccatorum &
se ipsam judicat ad faciendum pœni-
tentiam & ad dandum afflictiones cor-
pori jejuniis & fame & siti & frigo-
re & caiore pro tuo amore , tunc Te
orat*

8 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
orat & benedicit intellectualiter , quia
potentia motiva intellectualis movet
animam ad memorandum & intelli-
gendum & amandum Te, & ad ha-
bendum contritionem & poenitudinem
malorum quæ fecit, & bonorum quæ
potuisset facere & non fecit , & mo-
vet eam ad timendum tuam rectam
Justitiam & ad confidendum in tua per-
fecta Misericordia.

9. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* ; quia , sicut Tu dedisti homi-
ni aures ad audiendum & oculos ad
videndum & narces ad odorandum &
gustum ad gustandum & tactum ad
tangendum, ut ex his quinque sensua-
litatibus formet & figuret orationem
sensualē , ita dedisti animæ memo-
riam & intellectum & voluntatem &
quinque sensus intellectuales & ima-
ginationem & rationem ut ex omni-
bus istis intellectualitatibus formet &
figuret orationem intellectualem, per
quam laudet & oret & invocet & per-
durabiliter contempletur suum glorio-
sum DEUM.

io. d.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXV. 9
io. d. *Humilis Domine, pro quo mei oculi plorant & meum cor inamoratur!*
Tertia figura orationis dicitur quando homo facit bona opera & utitur virtutibus; quia, quotiesunque homo sit justus & misericors & verus & humilis & patiens & continens & devotus, Te orat & Te precatur & ad Te clamat, licet tunc non Te memoret nec intelligat, & memoret & intelligat & velit alias res justè & virtuosè.

ii. *Unde benedictus sis, Domine DEUS,* quia in hanc tertiam figuram orationis intrant omnia opera quæ faciunt homines justi; quoniam, dummodo homo qui est sine peccato mortali formaverit tertiam figuram ex duabus primis, quidquid faciat, si-
ve comedat sive bibat sive dormiat sive sedeat vel cat vel loquatur vel emat vel vendat vel dolet vel fodiat vel aret vel quodcunque aliud operetur, semper Te orat & laudat & benedicit.

12. *Unde benedictus sis, Domine DE-*

10 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
DEUS; quia, sicut Tu creasti pri-
mam & secundam figuram orationis
ut homo per eas Te laudet & oret &
contempletur, ita creasti tertiam fi-
guram orationis ut homo per eam
Te oret & benedicat & contemple-
tur & Tibi serviat; &, sicut amor
in tertia figura recondit & salvat &
custodit primam & secundam figu-
ram, ita oratio in tertia figura salvat
& recondit & custodit primam &
secundam figuram; &, sicut duæ fi-
guræ amoris privantur quando tertia
corrumpitur per disamorem, ita ora-
tio sensualis & oratio intellectualis
corrumpuntur per opera peccati, quan-
do tertia figura orationis privatur for-
mâ actuali per formam actualem pec-
cati in sensualitate & in intellectuali-
tate hominis peccatoris.

13. c. *O Domine, qui meum corpus
languere facis magno amore mei cordis!*
Sicut speculum rectum verè significat
figuras quæ in eo repræsentantur, ita
iste tres figuræ orationis verè figurantur

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXV. ii
tur per ordinationem quæ sit in eis; sed, sicut speculum obliquum falsò significat figuræ quæ in eo representantur, ita tres figuræ orationis falsò figurantur quando sunt inordinatæ per inordinatam sensualitatem & intellectualitatem: igitur, cùm hoc ita sit, propterea homo quandoque Te orat verè, & quandoque falsò.

14. Nam, quia quidam homines, *Domine*, sunt justi & alii peccatores, & quidam quandoque peccatores, propterea alterantur & commutantur in eis figuræ orationis in contrarias figuræ, & quandoque putant homines orare & precari & blasphemant & maledicunt, & quandoque putant esse in oratione & sunt extra terminos orationis memorando & intelligendo & amando delectationes & vanitates hujus mundi.

15. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, quando homo ordinatè & directè orat & contemplatur & omnes tres figuræ orationis sunt in eo ordinatæ

12 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
dinatæ & directæ in orando & con-
templando & fruendo Te , tunc exau-
dis suam orationem in rebus pro qui-
bus precatur & quas petit vel in aliis
similibus vel melioribus ; quia , nisi
eum ita exaudiens , significaretur quòd
homo esset plus ordinatus & direc-
tus & virtuosus in orando & con-
templando & precando Te, quàm Tu
in exaudiendo eum , quod est impos-
sibile , sicut est impossibile quòd exau-
dias illos qui falsò & injuriosè Te pre-
cantur, & à Te petunt.

16. f. *Fortis Domine , qui superas &
vincis quidquid vult tua Voluntas !*
Quando oratio est perfecta , tunc lin-
gua Te orat dicendo id quod memo-
ria memorat & intellectus intelligit
& voluntas vult , & corpus Tibi sup-
plicat & oculi plorant peccata, & cor
suspirat mortales defectus quos cogi-
tavit & admisit , quia ex omnibus isti-
bus rebus formatur & figuratur figu-
ra orationis sensualis in perfecta for-
ma.

17. *Humi-*

17. *Humilis Domine!* Quando oratio sensualis formatur falsa & defectuosa figurâ, tunc lingua Te orat & dicit id quod memoria non memorat nec intellectus intelligit nec voluntas amat, & corpus stat ante tuum Altare erectum vel sedens, & Tibi nullam facit reverentiam nec honorem, quia ex omnibus istis rebus formatur oratio sensualis in falsa & vanâ figurâ.

18. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, qui vult percipere & cognoscere an oratio sensualis sit perfecta in figura vel non, oportet quòd inquirat an sit ordinata per orationem intellectualis, & an concordet cum ea; quia, quin oratio sensualis recipiat ordinationem ab intellectuali & concordantiam cum ipsa, est impossibile quòd sit perfecta in figura, & ratione sui defectus, est sicut quædam picturæ figuratæ in tanto defectu, quòd vix significant ullam figuram.

19. g. *Magne Rex in omnibus honoratio-*

14 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
rationibus & in omnibus nobilitatibus!
Sicut corpus formatur in conjunctio-
ne materiæ & formæ, ita, Domine,
oratio intellectualis figuratur in me-
moria memorante & in intellectu in-
telligenti & in voluntate volente tu-
as honorationes & tuos honores &
tua mandata, quia aliter ipsa non po-
test recipere perfectam figuram.

20. Gloriose Domine! quando ora-
tio intellectualis figuratur falsa figurâ,
tunc memoria memorat & intellectus
intelligit & voluntas amat vanitates
temporales & vanam gloriam munda-
nam, & anima obliviscitur & igno-
rat tuas honorationes & tua mandata;
&, quia anima non memorat nec in-
telligit nec amat id quod deberet,
& memorat & intelligit & amat id
quod non deberet, propterea quando
vult orare habendo falsam memoriam
& intellectum & voluntatem forma-
tur in sua oratione falsa intentio &
falsus intellectus & falsa voluntas, &
ex omnibus istis rebus formatur &
com-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXV. 15
componitur falsa figura in falsa oratione intellectuali.

21. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, qui est in vera lege, & vera intentione Te orat & ad Te clamat memorando & intelligendo & volendo veritatem, facit orationem in vera figura cui Tu repræsentas Te qui es fons veritatis, sicut splendor solis se repræsentat homini qui videt claritatem ipsius; sed credentibus in falsam legem & habentibus falsam fidem & falsò Te precantibus Te abscondis in sua oratione, sicut claritas solis se abscondit homini cæco, & hoc est quia infideles Te orant credendo falsitates in hoc quòd sua memoria non memoret nec suus intellectus intelligat nec sua voluntas velit tuam veritatem.

22. h. *Æterne Domine sinè fine & sinè principio!* Quando tertia figura orationis est figurata, tunc est homo sinè peccato mortali & facit ea quæ facit vera intentione & vera memoria

ria

16 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
ria & intellectu & voluntate, ita quòd,
quando Petrus Te oravit sensualiter &
intellectualiter & conatur quantum po-
test esse virtuosus in suo loqui & ta-
cere & in suo ire & stare & in suo
comedere & bibere & operari & in
suo memorare & intelligere & velle
& in suo cogitare & imaginari & in
omnibus aliis rebus quas facit, tunc
ex omnibus istis rebus est figurata per-
fecta figura tertiae orationis.

23. *Virtuose Domine!* Quando ter-
tia figura orationis est figurata falsa
figurâ, hoc ideo est quia homo, post-
quam Te oravit & precatus & con-
templatus est, se tradit peccatis & est
inobediens tuis mandatis; quoniam ip-
se in oratione Te precatus est ut ei
remittas sua peccata, & eum pœni-
tuit illorum & petivit à Te ut ei da-
res gratiam & benedictionem in hoc
mundo & in alio, & postquam fini-
vit suam orationem & exivit ab ec-
clesia statim facit opera contraria illis
pro quibus Te precatus est; &, quia
ipse

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXV. 17
ipse petivit à Te dona & nihil Tibi
dat , & petivit à Te remissionem &
non remittit , & recipit à Te dona
& non est Tibi gratus nec adimplet
ea quæ Tibi in oratione pròmisit ,
propterea sua oratio ex omnibus istis
rebus formatur in falsa figura:

24. *Juste Domine!* Quando Guilielmus Te precatur & orat in prima
& secunda figura orationis ut ei des
& ei indulgeas , & sua memòria me-
morat & suus intellectus intelligit ip-
sum esse in peccato & non esse exi-
tum ab eo in tertia figura orationis,
tunc oratio est falsa in omnibus tri-
bus figuris, eò quòd voluntas Guill-
elmi vult res à quibus Tu reciperes
figuram peccatorum & defectuum &
inordinationis & injuriæ ; & , quia hoc
non potest esse in Te nec in tuis ó-
pèribus , propterea oportet quòd sit
falsa & inordinata omnis oratio ita
figurata.

25. i. *O Domine , qui es consolatio
mæ memoriae & splendor mei intellectus*

B

&

18 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
Et perfectio meæ voluntatis! Qui vult
formare suam orationem in perfecta
figura, & vult eam figurare in tali fi-
gura quod sit digna exaudiri, oportet
quod eam formet & figuret tri-
bus figuris amoris quæ sunt amare Te
& se ipsum & suum proximum; quia,
quando homo ponit istas tres figuras
amoris in sua oratione, tunc ipsæ
formant orationem in perfecta forma,
& faciunt eam dignam acceptari &
exaudiri à Te.

26. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS; quia, sicut longitudo non
posset formari nec figurari in corpo-
re sine latitudine & profunditate, ita
amor non posset figurari in homine
quin homo amaret Te & se ipsum &
suum proximum: igitur, qui vult fi-
gurare & formare amorem in sua o-
ratione, oportet quod in ea amet Te
super omnia, & amet se ipsum tan-
tum quantum suum proximum, & su-
um proximum tantum quantum se ip-
sum; quia, nisi isto modo figuraretur
amor

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXV. 19
amor in oratione, privarentur in ea
omnes tres figuræ amoris, & ratio-
ne hujus privationis oratio reciperet
falsam figuram ratione cujus non esset
digna exaudiri & acceptari à Te qui
es Veritas.

27. Nam, sicut longitudo in cor-
pore figurat laritudinem & profundi-
tatem, ita, *Domine*, per contrarium
sensum, qui aliam rem amat plūs quām
Te, falsò amat ea quæ amat; &, si-
cut latitudo & profunditas figurant in
corpore longitudinem, ita qui æqua-
liter amat se ipsum & suum proxi-
mum amat Te super omnia: igitur,
cùm hoc ita sit, qui istas tres siguras
amoris format & figurat in sua ora-
tione, scit dirigere suam orationem ut
exaudiatur; &, qui dictas tres figu-
ras non format & figurat in sua ora-
tione, sibimet est causa ne exaudia-
tur sua oratio.

28. k. *O Domine, qui Te represe-
nas & demonstras pressuris & necessita-
tibus tuorum servorum!* Sicut grana-
ria

20. *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vcl. III.*
ria eò sunt pleniora quò plus frumenti in eis ponitur, & arcæ eò sunt pleniores quò plures thesauri ponuntur in eis, ita quò ferventius & frequentius homo figurat duas primas figuræ orationis, eò plus recondit in tertia figura; &, sicut granaria eò sunt pleniora quò pulchriùs & melius est frumentum, & arcæ eò plus thesauri continent quò pleniores sunt auro & argento & lapidibus pretiosis, ita tertia figura orationis secundùm quod duæ figuræ sunt maiores & meliores, continet plus perfectionis & complementi in virtute & gratia & benedictione.

29. Igitur, cùm hoc ita sit, *Dominus*, quando erit illud tempus in quò tuus servus erit expeditus à possessione bonorum temporalium? & quando erit illa dies in quo poterit omnibus rebus renuntiare & in montibus formare & colligere orationes sensuales & intellectuales in multa quantitate & in magna perfectione, & poterit omnes

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVI. 21
omnes eas recondere & custodire in
tertia figura orationis cui nullus the-
saurus est æquivalens ? igitur , cùm hoc
ita sit , beati sunt Religiosi & Eremit-
tæ qui die & nocte tot figuræ sen-
suales & intellectuales & adeò bonas
& virtuosas thesaurizant & recondunt
in hac tertia figura orationis.

30. *Gloriose Domine ! Tuus servus*
cum tua gratia & adjutorio forma-
vit & figuravit istud Caput tanquam
formam & prologum orationis , ut
omnia Capita futura formentur & fi-
gurentur secundum formam & figu-
ram istius : igitur , qui vult cognos-
cere in futuris Capitibus an oratio sit
perfecta & verè formata , oportet quòd
eam dirigat & comparet cum his tri-
bus figuris orationis prædictis , quia
sìnè eis non potest homo esse or-
dinatus & directus in orando &
invocando & contemplan-
do suum gloriosum
DEUM.

CAPUT

CAPUT CCCXVI.

*Quomodo homo oret & contempletur
gloriosam Unitatem nostri
Domini DEI.*

i. a. **O** DEUS singularis gloriose, cui
fiat reverentia & honor omni
tempore! Qui vult orare & contem-
plari tuam gloriosam Unitatem, opor-
tet, *Domine*, quod figuret in sua o-
ratione & contemplatione tres figu-
ras orationis quae sunt: oratio sensua-
lis & oratio intellectualis & oratio
composita ex sensuali & intellectuali,
quia sine his tribus figuris orationis
non potest homo orare & contem-
plari tuam virtuosam Unitatem ex
omnibus viribus sui corporis & sue
animæ; &, quia tua excellens Uni-
tas est digna ut homo eam oret &
contempletur ex omnibus suis viri-
bus corporalibus & spiritualibus,
propterea oportet quod volens eam
orare

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVI. 23
orare & contemplari eam oret & con-
templeteur **omnibus** tribus figuris præ-
dictis.

2. Igitur, cùm hoc ita sit, *Do-
mine*, qui in sua oratione vult for-
mare & figurare istas tres figuras, o-
portet quòd figuram sensualēm for-
met & figuret rebus corporalibus &
quinq̄ue sensib⁹ sensualibus, & figu-
ram intellec⁹tualem formet & figuret
rebus spiritualibus & quinq̄ue sensib⁹
intellectualibus, & figuram composi-
tam ex ambabus figuris formet & fi-
guret sensib⁹ sensualibus & intellec-
tualibus faciendo bona opera.

3. Igitur, gloria & benedictio sit,
Domine DEUS, tuæ sanctæ Unitati
gloriosæ, quia tuus servus ante tuum
gloriosum Altare dat & offert omnes
suas vires potentiales & actualcs omni-
um suarum sensualitatum & omni-
um suarum intellectualium ad o-
randum & contemplandum ipsam quæ
est unitas super omnes unitates simplex
nobilis virtuosa sancta perfecta potens
mirabilis & gloriosa.

4. b.

24 B. Ray, *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
4. b. *Pater noster qui es in cælis, à quo recipiunt gratiam & benedictionem omnes creaturæ!* Tuus servus, *Domi-*
ne, format & figurat orationem sen-
sualem genuflectendo & osculando
terram & elevando suas manus & su-
os oculos ad cœlum nominando tu-
am sanctam Unitatem gloriosam con-
fitendo & fatendo quod non sit in
esse nisi unus Deus tantum, nec sit
dignum esse alium DEUM præter Te;
quia, si multi essent, non sufficerent
ad habendum tantam nobilitatem &
bonitatem quantam sufficis habere Tu,
& ideo tuus servus dicit sensualiter;
benedicta sit, *Domine*, tua gloria
Unitas, & benedicti sint omnes qui
in unum Deum credunt & in solo eo
confidunt, & maledicti sunt qui tuam
Unitatem negant & discredunt & mul-
tos Deos esse credunt.

5. *Amoroſe Deus gloria!* Tuus ser-
vus suppliciter orando tuam sanctam
Unitatem dicit firmamento & Soli &
Lunæ & omnibus stellis & omnibus
virtu-

Lib. V. Pist. XL, Cap. CCCXVI. 25
virtutibus creatis in cœlo quòd adorant & benedicant tuam gloriosam Unitatem ; & hoc idem dicit quatuor elementis & omnibus generibus & speciebus & individuis ipsorum , quia omnia sunt creata & sustentata & beneficiata à tua sancta Unitate quæ est mater omnium unitatum & omnium pluralitatum creatarum , & propterea tuus servus ex omnibus suis viribus eam orat.

6. Adeò est magna ratio , *Domine DEUS* , quòd homo non oret nec invocet nisi unum Deum , quòd propterea tuus servus non precetur nec invocet nisi unum Deum , nec confidat nisi in uno Deo , & uni soli Deo det & attribuat omnem virtutem & omnem honorationem & omnem gloriam , & uni soli Deo se det & offerat & se commendet ut sit suus servus & suus laudator & suus amator & suus benevolus , quia unus solus Deus est complementum & perfectio meæ voluntatis & mearum inanorationum,

26 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tionum, & nolo quòd mea anima
ab ulla re habeat complementum &
perfectionem & placitum nisi ab ipso.

7. c. *O Domine Deus, qui solus es dignus omni virtute & omni honore!* Quia
tuo servo accidunt fames & sitis &
calor & frigus, & de necessitate de-
beo dormire & loqui & tractare de
omnibus rebus necessariis prædictis re-
bus, & sum occupatus in necessitati-
bus meæ uxoris & mearum prolium
& meorum amicorum, propterea mea
sensualitas non potest orare continuò
& sínè ulla cessatione tuam gloriosam
Unitatem, imò oportet quòd cessem
à laudando & nominando eam & no-
minem alias res.

8. Nisi homini esset necessarium
nominare res quæ sunt sustentatio vi-
tæ corporalis, *Domine*, valde stul-
tum esset quòd cessaret ab orando &
nominando tuam sanctam Unitatem ad
nominandum panem & vinum & car-
nem & alias res similes, quia tua sanc-
ta Unitas est res infinita æternā &
perfecta

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVI. 27
perfecta, & omnes istæ res quas homo
nominat ad dandum sustentationem
corpori sunt corruptibiles & finitæ &
terminatæ & habentes defectum: igitur,
cùm hoc ita sit, quando erit illud
gloriosum tempus in quo homo non
indigebit nominare ullam rem corpori
necessariam ut possit continuò nomi-
nare tuam gloriosam Unitatem?

9. *Supreme Domine!* Cùm tuus ser-
vus debeam cessare à nominando &
orando sensualiter tuam sanctam Uni-
tatem, quia debo nominare res cor-
pori necessarias, peto à Te gratiam
ut, quando omittam orare & nomi-
nare ipsam, Tu meam orationem sen-
sualem ponas & recondas & custodi-
as in tertia figura orationis, sicut pri-
mam & secundam figuram amoris re-
condis & salvas in tertia, in illis qui
sunt tui amatores & tui laudatores &
servi; quia, sicut pastor recondit su-
um panem in pera, eò quòd non pos-
sit eum comedere quando currit ad
defendendum suum gregem, ita qui
sapiens

28 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sapiens est debet recondere primam fi-
guram orationis in tertia quando ne-
cessariò debet ab illa cessare.

10. d. *Invoke Domine, sanctificate,
benedicte!* Secundam figuram oratio-
nis format & figurat tuus servus in-
tellectualiter orando & contemplando
tuam sanctam Unitatem gloriosam ex
omnibus viribus suæ memoriæ & sui
intellectus & suæ voluntatis, & ex om-
nibus viribus suorum quinque sensu-
um intellectualium contemplatur & o-
rat unam solam Deitatem gloriosam
super omnem gloriam, perfectam super
omnem perfectionem, honoratam su-
per omnes honorationes; &, in quan-
tum voluntas movet intellectum ad in-
quirendum in memoria quæ memorat
quòd non sit aliud Deus præter Te, ut
intellectus hoc intelligat, & ut per hanc
memoriam & intelligentiam ipsa vo-
luntas non amet alium Dèum nisi Te,
in tantum omnes tres virtutes orant
& contemplantur tuam sanctam Uni-
tatem memoratam & intellectam &
amatam ab eis.

ii Glo-

i*Gloriōsa Unitas, singularis di-*
vina! In quantum mea memoria, *Do-*
mine, memorat se non posse memo-
rare totam nobilitatem tuę Unitatis &
memorat intellectum non posse totam
ipsam intelligere & voluntatem non
posse adeò ferventer eam amare sicut
est digna amari, in tantum format &
figurat orationem intellectualē ad o-
randum & contemplandum tuam glo-
riosam Unitatem; &, in quantum me-
us intellectus intelligit se non posse in-
telligere & memoriam non posse me-
morare & voluntatem non posse ama-
re tantum tuam Unitatem quantum ip-
sa est digna intelligi & memorari &
amari, in tantum format & figurat
orationem & contemplationem ad o-
randum ipsam; &, in quantum mea
voluntas vellet plus amare tuam Uni-
tatem quam possit eam amare & quam
memoria possit eam memorare & in-
tellectus intelligere, in tantum format
& figurat orationem & contemplatio-
nem supra suas vires & supra vires me-
morię & intellectus.

12. *Gratiose Domine!* Quando mea anima memorat tuam Unitatem creasse suam memoriam, & intelligit ipsam creasse suum intellectum, & vult ipsam creasse suam voluntatem, tunc memorando & intelligendo & volendo orat & contemplatur ipsam tuam gloriosam Unitatem; & quando mea anima cogitat & percipit tuam Unitatem & conscientia affigit meam carnem propter defectus quos fecit contra ipsam & subtiliat se in nobilitate ipsius & conatur esse fervens & animosa in ejus laude & amore & servitio, tunc exercendo suos quinque sensus intellectuales orat & contemplatur tuam gloriosam Unitatem.

13. e. *Adjutor Domine omnium qui in tuis viribus confidunt!* Quando mea voluntas facit inquirere meum intellectum in mea memoria significantes tuam gloriosam Unitatem, tunc meus intellectus in hoc, quod mea memoria memoret non esse nisi unum Mundum nec esse nisi

nisi unum Solem & unam Lunam, intelligit non esse nisi unum DEUM; quoniam, si Mundus & Sol & Luna qui sunt res creatæ & finitæ habent tantam dignitatem quòd quilibet sit unus & non sit aliis præter ipsum, quantò plus significatur quòd Tu sis dignus esse unus solus Deus & non sit aliis Deus nisi Tu?

14. *Glorioso Deus!* Sicut intellectus invenit in memoria non esse nisi unum Deum, & hanc inventionem facit per significationes singularitatis Mundi & Solis & Lunæ quas memoria memorat, ita, *Domine*, intellectus invenit in voluntate non esse nisi unum Deum; quia, si multi essent, nullus eorum posset ipsam voluntatem complere & satiare; quoniam, si multi Dii essent, nullus eorum haberet perfectionem infinitam, & cùm eam non haberet, non posset complere & satiare voluntatem animæ quæ non potest satiari & compleri à re finita, & hoc est impossibile, scilicet quòd non

32 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
non sit qui voluntatem animæ quæ est
creata possit satiare & complere; quia
aliter ipsa non esset finita, vel esset
finita in quantum nō haberet per-
fectionem & esset infinita in quantum
nō esset qui posset eam complere;
quod est de majoribus impossibilitati-
bus quæ esse possint.

15. *Humilis Domine!* Dum anima
memorat & intelligit & vult signifi-
cationes quæ de necessitate significant
Te solum esse Deum, tunc format in
se orationem & contemplationem
intellectualem; quia, sicut anima o-
rat & contemplatur per fidem tuam
sanctam Unitatem, quin memoret &
intelligat ullam significationem nece-
ssariam significante in ipsam, ita per
alium modum eam orat & contempla-
tur quando memorat & intelligit &
amat significationes quæ humano in-
tellectui per necessarias rationes de-
monstrant non esse nisi unum DEUM
tantum.

16. f. *Perdurabilis Domine, princi-
pium*

*pium omnium principiorum & perfectio
omnium perfectionum!* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
unum esse principium & finem numeri,
& unum esse inter principium & finem
numeri; quia , si numerus sit duorum,
unum est principium illius numeri, &
unum est finis ejusdem ; & , si nume-
rus sit trium , unum est principium &
unum est medium & unum est finis;
& , si numerus sit quatuor vel pluri-
um , unum est principium & unum
est finis & unum intrat inter princi-
pium & finem.

17. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domine* , quando voluntas vult orare tu-
am Unitatem & facit intellectum ora-
re ipsam inquirendo in memoria sig-
nificationes quas memoria ei repræ-
sentat de ipsa , tunc per numerum prin-
cipiatum in uno & finitum & perfec-
tum per unum & continentem unum
inter principium & finem , & per hoc
quòd omni numero in creaturis possit
addi unum potentialiter , significatur
C intel-

34 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
intellectui in virtute quam unum ha-
bet in numero in Te esse Unitatem
divinam quæ sola est & fuit & erit
ante & post omnes creaturas & simul
cum ipsis ; quia , sicut in numero unum
est principium , ita significatur quod
unus sit Creator qui dedit principium
creaturis ; & , sicut unum dat nume-
ro finem vel additionem , ita signifi-
catur quod tua Unitas habeat tantam
perfectionem quod per eam omnes
creatüræ habeant finem & perfectio-
nem.

18. Unde benedictus sis , *Domine*
DEUS ; quia , sicut numerus non pos-
set habere principium nec medium nec
finem sinè uno , ita significatur quod
Mundus non posset habere principi-
um nec medium nec finem si non es-
set una *Essentia* divina & essent plu-
res Dii ; & , sicut numerus consumi-
tur & destruitur per destructionem u-
nius , ita totus Mundus corrumpere-
tur & destrueretur & esset frusta si tua
Unitas non esset sola & essent duo vel
plures

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVI. 35
plures Dii; quoniam, sicut numerus
quinarius destruitur quando homo au-
fert ab eo unum, & numerus quater-
narius destruitur quando homo aufert
ab eo unum, & similiter numerus ter-
narius & numerus binarius & omnes
alii numeri, ita, si essent multi Dii,
destrueretur in tua Unitate sanctitas &
perfectio quam nunc habet quando
non est nisi unus DEUS; &, si tua
Unitas haberet in se defectum, omnis
creatura & omnis numerus & omnes
res essent frustra & sine causa finali,
quod est impossibile.

19. g. *Singularis Domine amoroſe dig-
ne omnibus honorationibus & omnibus
laudibus!* Qui vult orare & contem-
plari tuam gloriosam Unitatem, reci-
piat significaciones quas de ea dant tuæ
gloriosæ Virtutes, quia Infinitas &
Æternitas & Perfectio Justitiæ &
Misericordiæ & Potestatis & Sapien-
tiæ & Amoris & Honorationis & alia-
rum Virtutum non possent esse, eò
quòd non possent habere perfectionem
in

36 *B. Ray. Nulli Lib. Contempl. Vol. III.*
in Substantia divina , dummodo alia
substantia divina esset ; nec ulla subs-
tantia esset digna esse divina , dummo-
do esset alia substantia divina .

20. Igitur , quando beata anima ,
Domine , per significationes creatura-
rum percipit tuas Virtutes esse in subs-
tantia perfecta , & per significationes
tuarum Virtutum percipit ipsas non
posse esse in substantia perfecta si esset
alia substantia divina præter tuam ,
tunc orat & contemplatur tuam glo-
riosam Unitatem quæ creavit creatu-
ras ut nobis significant tuas Virtutes
in tali dispositione quòd per eas per-
cipiamus Te esse unum solum DEUM
gloriosum Patrem & Dominum &
Creatorem omnium creaturarum &
omnium rerum .

21. Qui vult orare & contempla-
ri tuam sanctam Unitatem , *Domine* ,
sciat memorare & intelligere & cogi-
tare & percipere quomodo omnes spe-
cies quas elementa componunt servi-
ant uni soli speciei humanæ quæ est
super

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVI. 37
super omnes illas: igitur, cùm hoc
ita sit, per hoc significatur humano
intellectui quòd, sicut omnes species
corporales sunt sub dominio & nobi-
litate unius speciei humanæ, ita hu-
mana species sit sub una Unitate divi-
na; quia, si essent plures Dii signifi-
caretur, vel quòd omnes species essent
sub duabus vel pluribus speciebus, vel
quòd omnes essent æquales in virtu-
te, & quælibet haberet suum DEUM:
igitur, cùm humana species sit meli-
or omnibus aliis, per hoc significa-
tur quòd non sit alius DEUS præter
Te: igitur, cùm hoc ita sit, de me-
lioribus orationibus quas homo pos-
sit facere tuæ gloriose Unitati est quòd
recipiat significationes quas creaturæ
dant de ipsa.

22. h. *O Domine JESU Christe qui
cum perfectione tuarum humanarum qua-
litatum significas perfectionem tuarum
divinarum Virtutum!* Si essent duo Dii
unus bonus & alius malus & unus cre-
asset res intellectuales & alius res sen-
suales,

38 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
suales, significaretur humano intellectui quod perfectio & defectus habent aequalem quantitatem & naturam & proprietatem in esse & in privatione: igitur, cum hoc sit impossibile eò quod esse & perfectio se recipiant in natura, & defectus & privatio etiam, per hoc significatur quod sit impossibile esse duos Deos unum bonum & alium malum, & quod Deus possit privari nobilitate & perfectione sui *Esse* & esse in defectu.

23. Unde, quando benedicta anima, *Domine DEUS*, istas res memorat & intelligit, & sua voluntas habet valde magnum placitum de significationibus quas memoria representat intellectui & quas intellectus recipit, quae demonstrant unum solum Deum esse, qui est perfectus in omnibus perfectiis, tunc ipsa voluntas orat & contemplatur tuam sanctam Unitatem, & per orationem & contemplationem voluntatis memoria orat & contemplatur ipsam Unitatem, representando intel-

intellectui tuas perfectas Virtutes, & intellectus percipiendo eas, orat & contemplatur tuam gloriosam Singularitatem.

24. *Gloriose DEUS!* Intellectuali-
ter intelligimus quòd, quando cogi-
tatio hominis cogitat esse duos Deos,
memoria non memoret nec intellec-
tus intelligat nec voluntas amet in cis-
tantam perfectionem, quantam quan-
do cogitatio cogitat esse unum Deum
tantū: igitur, cùm imaginativa sit
creata ut imaginando repræsentet me-
memoriæ & intellectui & voluntati ta-
les significaciones & tales res de suo
Creatore, quòd memoria possit memo-
rare & intellectus intelligere & volun-
tas amare in eo pefectionem, per hoc
significatur humano intellectui quòd
non sit nisi unus DEUS: igitur, cùm
hoc ita sit, per hoc significatur quòd
sint in errore hæretici, qui dicunt esse
unum DEUM malum qui creavit res
sensuales, quia corruptio quæ est in
rebus sensualibus non est contraria Tibi,

eo

40 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
cò quòd eas corrumpas justè ratione
peccati originalis, & ut aliud sæculum
& istud inde recipiant ordinationem;
&, si esset DEUS malus qui res sen-
suales crearet & corrumperet , esset
contrarius tuæ Perfectioni secundùm
quod prædictum est.

25. i. *Amoroſe Domine , qui das amo-*
res tuis ſervis ! Sicut Saraceni ſunt
contrarii honorationibus quas tua Hu-
manitas fecit Deitati & nobis omni-
bus quando voluit mori ad significantia-
dum perfectionem tuarum divinarum
Virtutum, & ad recreandum nos , ita
hæretici qui dicunt & affirmant eſſe
duos DEOS ſunt contrarii tuis divi-
nis honorationibus ; quia , ſicut Sara-
ceni negant tuam sanctam Paſſionem
ut honorent tuam Humanitatem , ita
hæretici dicunt eſſe unum DEUM ma-
lum qui creavit rēs corporales, ne Tibi
attribuantur creaturæ corruptibiles.

26. Unde , ſicut tuo glorioſo Cor-
pori , *Domine , eſt multò major ho-*
noratio ſinē omni comparatione quòd
fuerit

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVI. 41
fuerit crucifixum & mortuum, ad significandum tuas perfectas Virtutes, & ad recreandum Mundum, quām esset, si non esset mortuum, nec significasset tuas Virtutes, nec recreasset Mundum; ita sinē omni comparatione est Tibi major nobilitas & major honoratio & major perfectio quod non sit aliis DEUS præter Te, & quod Tu creaveris omnes res, quām si esset aliis DEUS qui creasset res sensuales.

27. Igitur, cùm humanus intellectus, *Domine*, habeat duos oculos intellectuales & uno aspiciat suum Creatorem & alio creaturas, & hæretici aspiciant uno solo oculo Creatorem & creaturas & oculo quo videntur creaturæ non sciant videre oculum quo videtur Creator; idèò non sciunt percipere alias significationes per alias, & errant in hoc quod alteri DEO attribuant res sensuales, & per hanc attributionem sunt contrarii honorationibus tuxæ gloriosæ Unitatis.

28. k. 0

42 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
28. k. *O Domine DEUS , qui succur-
ris omnibus in Te confidentibus ! Quan-
do homo oravit & contemplatus est
tuam gloriosam Unitatem sensualiter
& intellectualiter, & ratione alicujus
necessitatis , vel quia anima non po-
test plus tenere in actu suam oratio-
nem in corpore , se vertit ad memo-
randum & intelligendum & volendum
aliquam aliam rem , tunc debet am-
bas orationes ponere in tertia figura
orationis ut in habitu semper & sine
ulla cessatione oret & contempletur ip-
sam tuam gloriosam Unitatem.*

29. Nam , postquam homo , *Do-
mine ,* receperit in habitu tertiam o-
rationem per duas figuratas quas posu-
erit in ea , quidquid dicat vel faciat
vel memoret vel intelligat vel velit
semper orabit & contemplabitur tu-
am divinam Unitatem ; quia , sicut
homo qui cadit in amentiam habet
in habitu virtutem vel vitium in quo
est quando fit amens , ita , dum homo
non sit in peccato & conceperit in
sua

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVI. 43
sua anima quod non sit nisi unus DEUS, quidquid faciat semper orat & contemplatur tuam Unitatem secundum formam tertiae figuræ.

30. *Sanctificate Domine!* Qui vult orare & contemplari tuam gloriosam Unitatem, det se ipsum totum ad laudandum & honorandum unum solum DEUM, & non ainet nisi tuam Voluntatem & velit quidquid ipsa vult & non velit nisi id quod ipsa vult, & sciat primam & secundam figuram orationis custodire & salvare in tertia; quia, sicut per orare sensualiter & intellectualiter tuam sanctam Unitatem ponit homo primam & secundam figuram in tertia, ita corrumpt & privat eas in tertia quando est vitiosus & peccator & inobediens & contrarius mandatis & honora-
tionibus tuæ gloriosæ
Unitatis divinæ.

CAPUT

CAPUT CCCXVII.

*Quomodo homo oret & contempletur
gloriosam Trinitatem nostri
Domini DEI.*

i. **O** *DEUS sancte gloriose, qui es
honor super omnes honores! Qui
vult orare & contemplari tuam sanctam
Trinitatem gloriosam, oportet, Domine,
quod formet & figuret tres fi-
guras per quas ipsam perfecte oret &
contempletur, quæ figuræ formantur &
figurantur quando homo eam orat &
contemplatur sensualiter & intellectua-
liter & faciendo bona opera proce-
dientia ab oratione sensuali & intellec-
tuali.*

2. *Gloriose Domine! Quando homo
sensualiter & intellectualiter oraverit
& contemplatus sit tuam sanctam Tri-
nitatem, si debeat tractare de aliis re-
bus sibi necessaris, oportet quod po-
nat ambas figuræ orationis in tertia,
scilicet*

scilicet in bonis operibus in quibus formatur & figuratur tertia figura orationis, quæ stat in habitu in ipsis operibus, sicut fides stat in habitu in homine, licet ipse memoret & intelligat & velit alias res distinctas à fide.

3. *Honorate Domine!* Adeò est alta & excellens in virtute & natura, tua gloriosa Trinitas, quòd ex omnibus viribus quas homo potest habere in tribus figuris orationis sit obligatus ad orandum & contemplandum eam: igitur, cùm hoc ita sit, qui vult orare & contemplari tuam amorosam Trinitatem perfectè & sicut ad eam pertinet, oportet quòd quanta oratio & contemplatio est in eo figurata potentialiter per creationem in tribus figuris, tantam faciat devenire in actum; quia ratio & causa, quare tua sancta Trinitas creavit potentialiter in homine magnam orationem & contemplationem, est ut ipse adducat in actum omnes figuræ potentiales quibus potest eam orare

46 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
rare & contemplari: igitur, cùm hoc
ita sit, *Domine*, tuus servus ad oran-
dum & contemplandum tuam sanctam
Trinitatem dat omnes suas vires sen-
suales & intellectuales potentiales & ac-
tuales omnium trium figurarum oratio-
nis & contemplationis.

4. b. *O sancta Trinitas simplex gra-*
tiosa perfecta! *Prima* figura orationis
est *oratio sensualis*: unde tuus fidelis
Christianus & tuus servus culpabilis pec-
cator & tuus contemplator, *Domine*,
Te orat sensualiter osculando terram &
elevando suas manus & suos oculos ad
cœlum corde devoto & oculis lacri-
mosis dicendo: gloria & laus & gratia
& benedictio & reverentia & honor fi-
at & detur, *Domine DEUS*, tuxæ sanc-
tæ excellenti Trinitati gloriosæ, in qua
adoro omnes tres Personas divinas æ-
quales in virtute & laude & honore &
perfectione.

5. *DEUS potens!* Tuus servus oran-
do & contemplando tuam sanctam Tri-
nitatem gloriosam ante tuum glorio-
sum

Lib. V. Diff. XL. Cap. CCCXVII. 47
sum Altare dicit, quòd sancta Paternitas generet gloriosam Filiationem, & det processionem Spiritui Sancto perfecto, & quòd gloriosus Filius recipiat generationem à sancta Paternitate, & det processionem Sancto Spiritui perdurabili, & quòd Sanctus Spiritus recipiat processionem à Patre amoroſo & à Filio gratioſo: etiam tuus servus, *Dominus*, intentione orandi tuam sanctam Trinitatem gloriosam dicit quòd gloria & reverentia & honor fiat tux sanctae Paternitati & Filiationi & Processioni, & dicit firmamento & soli & lunæ & omnibus stellis & omnibus individualibus animalibus & sensualibus & intellectualibus, quòd adorent & laudent & benedicant tuam sanctam Trinitatem quæ est unus DEUS omnium creaturarum.

6. *O sancta Trinitas amoroſa!* Tuus servus dicit quòd nulla Persona in Te sit prior aliis nec minor aliis nec ulla carum quidquam faciat sínè aliis nec ulla valeat plus quam aliæ, imò omnes

48 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
omnes tres sint æquales sive quantita-
te in Potestate & Sapientia & Amo-
re & in Perfectione ; & , quia nobis
litas & excellentia tuæ gloriose Trini-
tatis , *Domine* , est adeò magna & adeò
chara & alta quod mea sensualitas non
sufficiat ad orandum eam , propterea
me verto ad contemplandum & oran-
dum ipsam oratione intellectuali quæ
est plus disposita & perfecta ad oran-
dum tuam Trinitatem quam oratio sen-
sualis.

7. c. *Honorator Domine tuorum honora-*
torum, exauditor Domine tuorum contem-
platorum! Secunda figura orationis est
oratio intellectualis : unde , quia tuus
servus proponit orare & contemplari
tuam sanctam Trinitatem gloriosam ,
propterea sua motiva intellectualis mo-
vet memoriam ad memorandum & in-
tellectum ad intelligendum & volun-
tatem ad amandum ipsam , & hoc fa-
cit ut sua anima memorando & intel-
ligendo & amando oret & contem-
pletur & laudet & glorificet & mag-
nificet

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVII. 49
nificet tuam sanctam veram & justam
Trinitatem.

8. Adeò est alta & nobilis & magna & perfecta tua sancta Trinitas, *Dōmine*, & adeò est mea anima res modica & misera in suo memorare & intelligere & velle, quòd non sufficiat ad tantum orandum & contemplandum eam memorando & intelligendo & amando quantum ipsa est digna orari & contemplari; &, quia meus intellectus non potest tantum intelligere quantum mea voluntas vult & amat tuam sanctam Trinitatem, propterea mea anima per fidem amat & vult & credit omnem virtutem & nobilitatem & bonitatem quam ipsa habet super meam memoriam & intellectum & voluntatem.

9. *O sancta Trinitas virtuosa!* Quandoque accidit quòd mea anima memoret & intelligat & amet Te per fidem quin intellectus tractet de significacionibus necessariis significantibus Te per rationes necessarias, & quandoque

D

intel-

50 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
intellectus inquirit in memoria significaciones quæ per rationes necessarias demonstrant & probant Te esse in numero trium Personarum & tunc, *Domine*, mea anima orat & contemplatur tuam sanctam Trinitatem per veras rationes significatas & demonstratas per rationes necessarias: igitur sicut voluntas amat per fidem id quod intellectus non intelligit, & memoria memorat id quod voluntas vult, & hæc oratio formatur in figura fidei, ita quando intellectus intelligit tuam Trinitatem per rationes necessarias & memoria illas rationes memorat & voluntas eas amat, tunc formatur oratio in figura rationis per demonstrationes necessarias.

10. d. *Singularis Domine in infinitate & aeternitate!* Quando anima tui servi movet suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem ad orandum & contemplandum per veras rationes necessarias tuam gloriosam Trinitatem, tunc memoria memorat & intel-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVII. si
intellectus intelligit & voluntas amat
significationes & rationes necessarias
quibus ipsa significatur & demonstra-
tur; quæ significationes & rationes
sunt quòd Mundus memoretur & in-
telligatur consistere in tribus partibus,
quæ sunt sensualitas & intellectualitas
& animalitas, & quælibet harum tri-
um partium intelligatur consistere in
tribus rebus, quæ sunt materia & forma
& conjunctio utriusque.

ii. Unde, quando anima, *Domi-
ne*, memorat & intelligit Mundum es-
se in tribus partibus & tres partes esse
Mundum, tunc significatur suo intel-
lectui per rationes necessarias Creato-
rem Mundi esse in Trinitate; quia, per
hoc quòd Mundus sit creatus, signifi-
catur Creator, & per hoc quòd in
Mundo sit unitas & trinitas, signifi-
catur Unitas & Trinitas Creatoris; quo-
niam, si Creator non esset in Unitate
& Trinitate, significaretur humano in-
tellectui quòd Mundus non esset crea-
tus ad significandum Creatorem; &,
si

32 B. Ray. Nulli Lib. Contempl. Vol. III.
si ita esset, ipse esset frustra creatus, &
Creator esset vanus in suo opere; hoc
autem est impossibile, & per hanc im-
possibilitatem memoratam & intellec-
tam & volitam, formatur oratio intel-
lectualis in anima, quæ prædictas signi-
ficationes memorat & intelligit & a-
mat memorando & intelligendo & a-
mando impossibilitatem, quæ signifi-
cat quòd Creator sit unus in Essentia,
& trinus in Personis.

12. *Gloriose Domine!* Quia quædam
significationes significant rationes nece-
ssarias per similitudinem, & aliæ per
contrarietatem, propterea Mundus his
duobus modis dat humano intellectui
significationem de tua sancta Trinitate:
dat significationem de ipsa per simili-
tudinem significando eam per rationes
supradictas, & dat significationem de
ipsa per contrarietatem significando
eam in hoc quòd quælibet pars Mun-
di sit divisa in tria individua; quoni-
am, si tuæ tres Personæ dividerentur
in individua, esses finitus & termina-
tus,

Lib. IV. Dist. XL. Cap. CCCXVII. 53
tus, sicut Mundus est finitus & terminatus, eò quòd sit divisus in tria individua quorum quodlibet est divisum in tres partes prædictas: igitur, cùm Tu, *Domine*, sis infinitus & æternus, & Mundus sit finitus & principiatus, per hoc Mundus significat tuam Trinitatem esse infinitam & æternam significando se & sua individua finita & principiata: igitur, cùm hoc ita sit, quando anima memorat & intelligit & amat istas significationes, quæ tuam gloriosam Trinitatem significant, tunc formatur & figuratur oratio & contemplatio in sua memoria & intellectu & voluntate memorando & intelligendo & volendo rationes necessarias quæ illam significant.

13, e. *Humilis Domine, à quo speramus gratiam & benedictionem!* Quando voluntas facit intellectum inquirere in memoria quomodo nulla substantia creata possit habere perfectionem quin sit divisa in tres res, scilicet in materiam & formam & conjunctionem utriusque,

54 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
que , per hanc significationem, memo-
ria, quæ hoc memorat repræsentat in-
tellectui tuam gloriosam Substantiam
perfectam esse unitam ex tribus Perso-
nis.

14. Nam in hoc , quod Tu , *Do-
mine* , facias esse perfectionem substan-
tiæ creatæ in tribus rebus & perfec-
tionem harum trium rerum facias esse
in unitate substantiæ , significas de Te
ipso in tuo opere tuam Substantiam
increatam esse perfectam in tribus Pro-
prietatibus , scilicet in Paternitate &
Filiatione & Processione, & istas tres
Proprietates esse perfectas in Unitate
tux simplicis Substantiæ ; quia , nisi
ita esset , id quod Tu significas in sub-
stantia creata & in tribus partibus ip-
sius non significaret Te ; & , si ita es-
set , Tu non significares Te ipsum in
tuis operibus , & hoc est impossibile;
quoniam , si esset possibile , possibile
esset quod Tu esses contra Te ipsum ,
quod est de majoribus impossibilitati-
bus quæ esse possint.

15. Un-

15. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia per hoc, quod anima volendo memoret & intelligat significations & demonstrationes per quas creaturæ significant & demonstrant tuam gloriosam Trinitatem, format & figurat in sua memoria & intellectu & voluntate orationem & contemplationem quam orat & contemplatur ipsam tuam sanctam Trinitatem virtuosam, memorando & intelligendo & amando significations quæ eam significant & demonstrat secundum propriam figuram quam Tu per creationem designasti & dedisti creaturis, ut eam significant animæ, quæ memorando & intelligendo & volendo eam orat & contemplatur & laudat & benedicit ex omnibus viribus suæ memoriarum & sui intellectus & suæ voluntatis.

16. f. *Domine amande super omnes amores & timende super omnes timores!*
Quando anima memorat & intelligit quod si in substantia Mundi privaretur sensualitas oporteret quod in ea priva-

56 R. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
privaretur animalitas , & si in ipsa pri-
varetur intellectualitas oporteret quod
etiam privaretur animalitas , & si a-
nimalitas non esset in substantia Mun-
di Mundus non esset perfectus in sub-
stantia , & ipsa anima vult quod in-
tellectus recipiat istas significaciones ,
tunc intellectus intelligit quod unitas
Mundi destrueretur, si in eo privare-
tur aliqua trium substantiarum ex qui-
bus ipse est compositus , scilicet sen-
sualitas vel intellectualitas vel anima-
litas.

17. *Gloriose Domine!* Si in sub-
stantia sensuali vel intellectuali vel a-
nimali privaretur materia , oporteret
quod in ea etiam privaretur forma &
conjunction materiae & formae ; & , si
in ipsa privaretur forma , oporteret
quod etiam privaretur materia & con-
junction ; & , si in ipsa privaretur con-
junction , oporteret quod etiam priva-
retur materia & forma ; & , si istae
tres res privarentur in substantia cre-
ata , substantia creata nihil esset : igi-
tur,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVII. 57
tur, cùm hoc ita sit, privatio harum
trium rerum, scilicet materiæ & for-
mæ & conjunctionis utriusque, esset
defectus & destructio substantiæ

18. Unde, quando anima, *Domi-
ne*, memorat & intelligit & vult hxc
supradicta, & per hanc memoriam &
intelligentiam & voluntatem se vertit
ad memorandum & intelligendum &
volendum perfectionem tuæ divinæ
Substantiæ, per hoc quòd sit in tribus
Personis, tunc in sua memoria & in-
tellectu & voluntate formatur & figu-
ratur oratio & contemplatio, qua orat
& contemplatur tuam sanctam Pater-
nitatem & Filiationem & Processio-
nem, quæ sunt perfectè una gloriosa
Substantia divina, in qua esset defectus,
si in ea privaretur aliqua trium Per-
sonarum, sicut esset defectus in sub-
stantia creata, si in ea privaretur aliqua
trium prædictarum rerum; &, quia tua
divina Substantia, *Domine*, est sinè ul-
lo defectu, per hoc significatur quòd
sua perfectio sit in tribus divinis Per-
sonis

58 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sonis gloriosis, & quòd perfectio trium
Personarum sit in tua divina Substan-
tia gloriosa.

19. g. *Excellens Domine alte super
omnes altitudines, magne super omnes
magnitudines!* Tuus servus & tuus con-
templator, *Domine DEUS*, orat &
contemplatur omnes tuas gloriosas
Qualitates & Virtutes, eò quòd ipsæ
significant & demonstrent tuas tres
Proprietates, quæ sunt tua gloriosa Tri-
nitas; quia in tua Substantia, tua In-
finitas dat significationem de magni-
tudine, & tua Vita dat significatio-
nem de sapientia, & tua Æternitas
dat significationem de concordantia
& durabilitate; &, quia intellectus
recipit istas significationes tuæ Trini-
tatis, propterea memoria memorat &
voluntas amat tuam sanctam Infinita-
tem & Vitam & Æternitatem.

20. *Sanctificate Domine!* Sicut In-
finitas & Vita & Æternitas significant
in tua Substantia tres Proprietatès ab
invicem diversas, ita Potestas & Sa-
pientia

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVII. 59
pientia & Amor & Simplicitas & Glo-
ria & Perfectio significant in ipsa tua
Substantia easdem Proprietates: igitur,
cùm hoc ita sit, propterea tuus ser-
vus orat & contemplatur & laudat &
benedicit tuas gloriosas Qualitates &
Virtutes substantiales & essentiales, quæ
dant significationem de tua sancta Tri-
nitate, quia orando & contemplando
eas, orat & contemplatur ipsam tuam
sanctam Trinitatem virtuosam.

21. *Amoroſe Domine!* Sicut tuæ
Qualitates & Virtutes dant significa-
tionem de tua sancta Trinitate glo-
riosa, ita omnes creaturæ & earum
qualitates & proprietates dant signi-
ficationem de ipsa; sed, sicut hu-
manus intellectus non potest recipere om-
nes proprietates & qualitates nec om-
nia individua & differentias & acci-
dentia creaturarum, ita non potest
recipere omnes significations & de-
monstrationes quas creaturæ dant de
tua sancta Trinitate benedicta: igitur,
cùm hoc ita sit, sicut homo est o-
bliga-

60 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
bligatus ad orandum & contemplan-
dum tuas gloriosas Virtutes eò quòd
dent demonstrationem de tua glorio-
sa Trinitate, ita est obligatus ad a-
mandum omnes creaturas in omni eo
in quo potest percipere ipsas dare sig-
nificationem & demonstrationem de
illa.

22. h. *O Domine DEUS, qui tuam
sanctam Trinitatem revelas omnibus il-
lis quibus vis!* Sicut figura sensualis
formatur in speculo, & imaginatio,
quæ est figura intellectualis, formatur
in memoria, ita creaturæ sensuales
formant figuram sensualem significan-
tem intellectuali figuræ tuam Trini-
tatem, ut intellectualis figura forme-
tur in memorando & intelligendo &
volendo ipsam, & per hanc memori-
am & intelligentiam & voluntatem, a-
nima memorando & intelligendo &
volendo oret & compleetur ipsam tu-
am amorosam Trinitatem.

23. *Juste Domine!* Sicut figura sen-
sualis in speculo non potest figurari
homi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVII. 61
homini cæco eò quòd careat visu corporali , ita infideles qui non credunt tuam sanctam Trinitatem non possunt percipere significaciones quas tuæ Qualitates & creaturæ dant de ipsa , eò quòd sua voluntas eam non velit nec amet ; quia , si eam vellet & amaret , intellectus inquireret in memoria significaciones eam significantes , & perciperet rationes necessarias significatas & demonstratas per tuas Virtutes & per tuas creaturas : igitur , cùm hoc ità sit , propterea infideles non laudant nec orant nec contemplantur tuam sanctam Trinitatem quæ est suus DEUS & suus Creator & suus Benefactor & suus Judex .

24. Sicut homo sensualiter decipitur aspiciendo pomum pulchruin & sanum ex parte quam videt , & putridum ex alia parte quam non videt , & hæc deceptio formatur in eo per defectum visûs corporalis qui non videt pomum ex omni parte , ita , *Dominne* , infideles ignorant significatio- nes

62 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
nes sensuales significantes tuam Trinitatem, cò quòd sua voluntas non amet nec velit eam; &, sicut homo nescius figurat in suo intellectu falsam figuram quando ei videtur in tua Voluntate esse accidens, cò quòd amet Petrum quando facit bonum, & cum dis amet quando peccat, ita infideles ignorant significations intellectuales significantes tuam sanctam Trinitatem: igitur, sicut intellectus hominis reciperet veram figuram si affirmaret & cogitaret quòd tua Sapientia simul sciat bonum & malum quod facit Petrus, & propterea non alteretur tua Voluntas in amando & disamando eum, ita si infideles tantum memorarent & intelligerent & vellent tuam Trinitatem quantum tuam Unitatem non ignorarent significations intellectuales demonstrantes ipsam Trinitatem.

25. i. *O Domine, ad quem mea anima recurrit quando habet defectum in suo memorare & intelligere & velle! Quando mea anima memorat & intelligit suam*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVII. 63
suam voluntatem velle tuam gloriosam
Trinitatem super vires memoriae & in-
tellectus , tunc desiderat quod memo-
ria eam memoraret in omni quo eam
non memorat & intellectus eam intel-
ligeret in omni in quo eam ignorat;
& , quando ipsa memorat & intelligit
istum Mundum non esse locum in quo
possit adeò perfectè memorare & intel-
ligere tuam Trinitatem sicut est alius,
tunc desiderat esse cum memoria & in-
tellectu in gloria in qua tua Sancta Tri-
nitas perfectè memoratur & intelligi-
tur & amatur.

26. *Gloriose Domine !* Sicut sol est
paratus quoad se ad demonstrandum
suum splendorem, ita homini cæco si-
cut habenti visum, ita tua sancta Tri-
nitas quo ad se est parata ad demons-
trandum se ipsam ita in hoc Mundo
sicut in alio ; sed , quia anima non po-
test habere in actu memoriam & intel-
lectum & voluntatem sinè corpore &
corpus est corruptum per primum pec-
catum , propterea anima in hoc Mun-
do

64 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
do non habet illam dispositionem & directionem ad memorandum & intelligendum & volendum & orandum & contemplandum tuam Trinitatem quam habet in cœlesti gloria in qua non habet ullam corruptionem nec ullum peccatum.

27. *Sancta Trinitas!* Adeò est anima hominis occupata & impedita in memorando & intelligendo & volendo res corpori necessarias ad comedendum & bibendum & induendum & ad alias indigentias quas habet, quòd vix possit memorare & intelligere Te & significaciones quæ Te significant; sed in alio sæculo non erit ita, quia, eò quòd corpus erit glorificatum & non indigebit cibo & potu nec ulla alia re, anima erit directa & parata ad continuò memorandum & intelligendum & amandum Te: igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, & omnes memiorationes & intellectiones & volitiones quas homo habet in hoc Mundo, non valcent tantum quantum una sola memoria-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVN. 65
moratio & intellectio & volitio alterius saeculi ; quare homo in hoc Munde timet mori & relinquere praesentem vitam miseram?

28. k. *Cælestis Domine, qui es Sanctus Sanctorum & Virtus omnium virtutum!* Tertia figura orationis est *oratio composita ex sensuali & intellectuali*: unde dicimus nullum hominem posse orare & contemplari tuam gloriosam Trinitatem sine duabus conditionibus, quarum prima est quod primò formet orationem in duabus figuris, & postea eam ponat in habitu in tertia figura, & secunda est quod in tertia figura sit virtuosus & sine peccato & vicio.

29. Unde benedicta sis sancta Trinitas gloria; quia, sicut tertia figura orationis non posset formari sine duabus primis, ita ipsa non posset durare & continere in se ipsas duas figuræ sine virtutibus & sine privatione vitiorum: igitur cum hoc ita sit, *Domine, quotiescumque homo utatur*

E juisti-

66 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
justitia vel misericordia vel humilitate
vel continentia vel pœnitentia vel ali-
qua alia virtute orat & contemplatur
& amat & laudat tuam sanctam Tri-
nitatem virtuosam,

30. Igitur, cùm hoc ita sit, *Dœ-*
mine, beati sunt omnes qui in hac
tertia figura orant & contemplantur
tuam sanctam Trinitatem gloriosam;
quia, quidquid faciant, sive loquan-
tur sive taceant sive eant sive stent
sive dormiant sive vigilant sive come-
dant sive jejunent & sic de aliis rebus,
semper orant & contemplantur ipsam:
igitur, cùm hoc orare & contemplari
tuam Trinitatem sit adeò bona oratio
& contemplatio & hæc sit formata in
tot rebus & per tot res in tertia fi-
gura, quid faciunt homines quare non
orant & contemplantur ex om-
nibus suis viribus sensualibus
& intellectualibus tuam
sanctam Trinitatem
divinam?

CAPUT

CAPUT CCCXVIII.

*Quomodo homo oret & contempletur
Essentiam nostri Domini DEI.*

1. **O** DEUS Factor & Creator omnium rerum, cui fiat reverentia & honor! Qui vult orare & contemplari tuam divinam Essentiam gloriosam, oportet, *Domine*, quod eam oret & contempletur sensuali & intellectuali oratione, & quando cessabit ab oratione sensuali & intellectuali, oportet quod ambas figuræ recondat in tertia figura orationis.

2. *Sanctificate Domine!* Qui vult orare & contemplari & laudare & benedicere tuam excellentem Essentiam divinam, necessariò oportet quod dirigat & ordinet sensus sensuales & intellectuales & tres virtutes & quinque potentias animæ; quia, quin omnes istæ res essent directæ & ordinatæ ad oran-

68 B. Ray. Nulli Lib. Contempl. Vol. III.
orandum & contemplandum tuam glo-
riosam Essentiam , non posset homo
formare & figurare tres figuras ora-
tionis, quibus dignum est eam ora-
re & contemplari & amare & lauda-
re.

3. Et, quando homo , *Domine* ,
omnes prædictas res disposuerit & or-
dinaverit ad orandum & contemplan-
dum tuam divinam Essentiam , opor-
tet quòd ordinet & dirigat quatuor
modos per quos eam oret & contem-
pletur , quorum primus est, quòd eam
oret in hoc quod ipsa est , secundus,
quòd eam oret in hoc quod ipsa non
est , tertius quòd eam oret in hoc quòd
de ipsa cognoscit , & quartus, quòd
eam oret in hoc quod de ipsa non
cognoscit.

4. b. *O sancte splendor omnium splen-
dorum ! O sanctum lumen omnium la-
minum ! Primus modus est, quando ho-
mo orat & contemplatur tuam glo-
riosam Essentiam *in hoc quod ipsa est :*
unde tuus servus genuflexus osculatur
*terram**

terram & elevat suas manus & suos oculos ad cœlum dicendo corde humili & devoto & oculis lacrimosis: gloria & virtus & reverentia & honor fiat, *Domine*, tuæ divinæ Essentiæ quidquid ipsa sit in se ipsa, & id quod ipsa est, orat & contemplatur tanquam DEUM gloriosum tuus culpabilis servus pœnitendo suorum gravium peccatorum.

5. *Gloriose DEUS!* Quidquid tua Essentia sit in se ipsa orat & contemplatur tuus servus, tanquam DEUM fortem mirabilem infinitum vivum æternum potentem sapientem amarosum simplicem gloriosum perfectum justum misericordem humilem gratiosum Creatorem & Patrem & Dominum omnium creaturarum: unde benedicta & orata & contemplata sit, *Domine DEUS*, tua Essentia quidquid ipsa sit in ipsa, & ab ea, & per eam, & in ea sperat gloriam & virtutem & gratiam & benedictionem tuus servus & tuus contemplator, & omnibus

70 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
bus creaturis dicit, quod ei dent glo-
riam & laudem.

6. *Æterne Domine!* Quia meus in-
tellectus non potest intelligere quid sit
tua Essentia in se ipsa, memoria non
potest memorare id quod ipsa est in
se ipsa, sed mea voluntas vult eam
orare & contemplari in quacunque re
ipsa sit in se ipsa; & propterea for-
matur oratio & contemplatio in vo-
luntate, & per hanc figuram in vo-
luntate formatam, recipiunt memo-
ria & intellectus figuram orandi &
contemplandi ex sua potestate rem, quæ
est tua Essentia in se ipsa, quidquid
ipsa sit.

7. c. *Sapiens Domine in omnibus sa-
pietiiis, juste Domine in omnibus justi-
tiis! Secundus modus est, quando homo
orat & contemplatur tuam divinam Es-
sentiam in hoc quod ipsa non est: un-
de tuus servus orat & contemplatur
tuam divinam Essentiam dicendo, quod
ipsa non sit corpus nec materia nec
res circata nec res habens principium
nec*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 71
nec finem nec res habens culpam nec
peccatum nec corruptionem nec de-
fectum nec res mobilis nec alterabilis
nec constringibilis nec potens' habere
ullam passionem.

8. Unde benedicta sit, *Domine DE-*
US, tua gloria Essentia; quia per
hoc, quod ipsa non sit ulla prædic-
tarum rerum, eam orat & contempla-
tur tuus servus memorando & intel-
ligendo & volendo & dicendo quod
tua Essentia sit in se ipsa adeo nobis-
lis & excellens & magna quod nulla
prædictarum rerum sit digna esse in
ea.

9. Quando tuus servus, *Domine*,
memorat & intelligit, & sua voluntas
amat, quod non sit alius DEUS præ-
ter Te, tunc in sua intellectualitate &
sensualitate formatur oratio, qua orat
tuam gloriosam Essentiam memorando
& intelligendo & volendo unum DE-
UM & non duos nec plures, & di-
cendo quod unus DEUS sit illa res
quæ est tua Essentia in se ipsa; &, quando

72 B. Ray. Nulli Lib. Contempl. Vol. III.
quando mea intellectualitas & mea
sensualitas affirmant per veras ratio-
nes necessariò significantes humano
intellectui id quòd Tu non es , tunc
orant & contemplantur illam rem quæ
es Tu in Te ipso per negationem il-
larum rerum, quarum nulla Tu es.

10. d. *Fortis Domine super omnes for-
titudines , potens Domine super omnes
potestates ! Tertius modus* est quando
homo orat tuam divinam Essentiam
in hoc quod de ipsa cognoscit : unde di-
cimus, quòd per hoc , quòd tuus ser-
vus memoret & intelligat & velit tu-
am Essentiam esse infinitam & vivam
& æternam & potentem & sapientem
& amorosam & simplicem & glorio-
sam & perfectam , habeat cognitio-
nem de tuis Virtutibus quæ sunt in
tua Essentia , quas Virtutes orat &
contemplatur memorando & intelli-
gendo & amando & nominando in-
tentione orandi & contemplandi tuam
divinam Essentiam.

11. *Gloriose Domine ! In quantum
meæ*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 73
meæ sensualitates & meæ intellectua-
litates sufficiunt ad habendum cogni-
tionem de tuis Virtutibus & Quali-
tibus, in tantum eas orant viden-
do & memorando & intelligendo &
amando eas; &, in quantum meæ sen-
sualitates & meæ intellectualites fru-
untur tuis Virtutibus, in tantum o-
rant & contemplantur tuam Essen-
tiam gloriosam, quæ est tuæ Virtutes,
quæ sunt unum & idem cum ipsa.

12. Igitur, cùm hoc ita sit, *Do-*
mine, qui benè & perfectè vult con-
templari & orare tuam sanctam Essen-
tiam divinam, conetur quantum po-
ssit ex omnibus suis viribus sensualibus
& intellectualibus habere cognitionem
de tuis Qualitatibus & Virtutibus, &
oret & completer quilibet carum
per se & omnes in simul ex omnibus
viribus suorum sensuum sensualium &
intellectualium; quia, sicut vir amat
mulierem, quando memorat & intelli-
git faciem vel oculos vel capillos vel
alias pulchras dispositiones ipsius, ita
homo

74 B. Ray. Lulli Lib. Coutsmpl. Vol. III.
homo orat & contemplatur tuam Es-
sentiam, quando nominat & laudat &
memorat & intelligit tuam Infinita-
tem vel Potestatem vel Sapientiam vel
quamcumque tuarum Virtutum & Qua-
litatum.

13. c.. *Principiator & Factor Domi-
ne Mundi & omnium rerum!* Quartus
modus est, quando homo orat tuam di-
vinam Essentiam *in hoc quod non cog-
noscit de ipsa*: unde dicimus quòd,
quia nostra sensualitas non potest vi-
dere quid sit tua divina Essentia in
se ipsa, nec nostra anima potest hoc
memorare & intelligere , propterea nos
non possimus nominare illam rem, quæ
est tua Essentia in se ipsa , nec memo-
ria potest eam memorare, cò quòd in-
tellectus eam non intelligat , nec in-
tellectus potest eam intelligere,cò quòd
memoria eam non memoret.

14. Igitur , cùm hoc ita sit , *Dō-
mine* , voluntas amat in tua divina Es-
sentia id quod in ea sensualitas non
potest nominare nec intellectualis
memo-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 75
memorare & intelligere, & propterca
voluntas amando orat & contempla-
tur id quod anima non cognoscit. in
tua Essentia, & sensualitas orat tuam
Essentiam dicendo & scribendo hæc
verba, & memoria eam orat memo-
rando se non sufficere ad memoran-
dum id quod ipsa est, & intellectus
eam orat & contemplatur intelligen-
do eam esse adeò magnam, & se adeò
parvum, quòd non sufficit ad intelligen-
dum quid ipsa sit in se ipsa.

15. Unde benedicta sit, *Domine*
DEUS, tua Essentia quidquid ipsa sit
in se ipsa; quia, in quantum tuus ser-
vus deficit cum suis sensibus corpora-
libus & spiritualibus & non potest suf-
ficere ad attingendum & cognoscen-
dum *Essē* ipsius, in tantum memorat
& intelligit eam majorem & perfec-
tiorem in se ipsa, & suas sensualitates
& suas intellectualitates minores; &,
in quantum percipit & cognoscit ma-
jorem & nobiliorem tuam Essentiam,
eò quòd non possit sufficere ad cog-
noscen-

76 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
noscendum id quod ipsa est in se ip-
sa , in tantum sentit suas sensualitates
& intellectualites vehementius obli-
gatas ad orandum & contemplan-
dum excellens *Esse* tuæ gloriofæ Deita-
tis.

16. f. O *Domine DEUS*, qui ordina-
ta voluntate figuras nostro intellectui
quenam res sint possibiles ! Sicut per
nimiam voluntatem falsò figuratur in
intellectu esse possibilem rem quæ est
impossibilis , ita per magnam abundan-
tiæ meæ voluntatis, mea anima vult
orare & contemplari tuam gloriosam
Essentiam amando & volendo in ea id
quod memoria non potest memorare
nec intellectus intelligere.

17. Nam adeò dignum est quòd
tua Essentia , *Domine* , sit amata & vo-
lita , quòd voluntati non sufficiat a-
mare ipsam secundùm quod memoria
potest eam memorare & intellectus in-
telligere , imò debet velle esse adeò
magna in amando ipsam, quòd super
memoriam & intellectum debet eam
amare

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 77
amare & orare & contemplari; quia,
sicut voluntas hominis pauperis qui re-
cipit in domum suam nobilem Prin-
cipem non sufficeret ad honorandum
eum si esset in quantitate æqualis suæ
potestati, imò oportet ipsam esse ma-
jorem ut desideret posse satisfacere
Principi secundùm honorem ipsius, ita
voluntas tui servi haberet defectum
in se nisi plus amaret tuam Essentiam
quám memoria possit eam memorare &
intellectus intelligere.

18. Nam, sicut voluntas hominis
pauperis hospitio recipientis nobilem
Principem haberet defectum, nisi vel-
let plus dare ei quàm possit, ita, *Do-*
mme, si mea voluntas non vellet a-
mare & orare & contemplari tuam
Essentiam plus quàm mea memoria
possit eam memorare & meus intel-
lectus intelligere, haberet defectum in
orando & contemplando & amando
ipsam: igitur, cùm hoc ita sit, si mea
voluntas est obligata ad amandum tu-
am Essentiam in hoc quod memoria
non

78 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
non potest eam memorare & intellectus intelligere, maledicta est voluntas infidelium quæ non vult orare & contemplari tuam Essentiam in illis Proprietatibus, quas memoria ipsorum potest memorare & intellectus intelligere.

19. g. *O Domine, qui aggratias meam memoriam quando memorat tuam gloriosam Perfectionem!* Quando mea anima memorat & intelligit se & memorat & intelligit tuam gloriosam Es- sentiam, tunc percipit & cognoscit multò plus esse in ea id quod obliviscitur & ignorat, quam id quod memorat & intelligit, quia non est pos- sibile, nec secundum rationem, nec se- cundum naturalem cursum quod res finita in suo memorare & intelligere & velle possit tantum frui re infinita, quantum in ea ignorat & obli- visci- tur.

20. Igitur, cum hoc ita sit, *Domine*, sicut voluntas intellectualiter orat & contemplatur tuam gloriosam Es- sentiam

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 79
sentiam in hoc quòd eam amet super
id quod memoria non sufficit in ea me-
morare nec intellectus intelligere , ita
sensualitas tui servi orat & contempla-
tur tuam Essentiam quidquid ipsa sit
in se ipsa, dicendo quod anima non pos-
sit memorare nec intelligere nec velle
omne id quod tua Essentia est in se ip-
sa, & propterea ipsa sensualitas non pos-
sit eam nominare nec pronuntiare, cò
quòd non sufficiat ad nominandum id
quod anima non potest memorare nec
intelligere nec velle.

21. *Gloriose Domine ! Sicut voluntas*
sufficit ad plùs orandum & contem-
plandum tuam gloriosam Essentiam,
quàm memoria & intellectus secundùm
quod supra diximus , ita similiter ver-
bum sufficit ad plùs orandum & con-
templandum ipsam , quia verbum dicit
quòd oret & compleetur tuam Essen-
tiam in omni quod ipsa est, & in om-
ni quod est in ipsa , & memoria non
potest tantum memorare nec intellec-
tus intelligere quantum est id quod ip-
sum

80 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sum dicit se orare & contemplari.

22. h. *Creator Domine Pater cælestis,
qui es Potestas omnium potestatum!* Sen-
sualiter sentimus & intellectualiter in-
telligimus quòd tuus servus plures res
obliviscatur & ignoret in Mundo, quàm
memoret & intelligat in eo, & quòd
plures res sint in Mundo quas ipse non
amat, quàm res quas ipse amat.

23. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-
ne*, & Mundus sit in se & in omnibus
suis partibus finitus & terminatus, & tua
divina Essentia gloriosa sit in se infi-
nita, & nulla res quæ sit in ea sit fi-
nita & terminata, secundùm hoc sig-
nificatur meo intellectui quòd multò
minus sinè omni comparatione sit id
quod meæ sensualitates & intellectua-
litates orant & contemplantur in tua
virtuosa Essentia, quàm sit id quod in
ea non orant nec contemplantur.

24. Unde benedictus sis, *Domine
DEUS*; quia, sicut Petrus qui est in
Occidente non potest memorare nec
intelligere nec velle omnia quæ sunt
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 81
in Oriente, quoniam si hoc posset, tan-
tum posset memorare & intelligere &
velle & nominare quantum sunt om-
nia quæ sunt in Oriente, ita tuus ser-
vus non potest sufficere ad orandum
& contemplandum tuam sanctam Es-
sentiā in sua totalitate: igitur, si-
cūt Petrus non vult infirmitatem
Guillielmi qui est in Oriente & quem
non cognoscit, licet dicat quod velit
quidquid est in oriente, ita tuus ser-
vus, licet dicat quod velit & oret
quidquid est tua Essentia in se ipsa,
tamen non sufficit sua voluntas nec
suum verbum ad orandum & contem-
plandum eam; quoniam, si ad hoc
sufficeret, sequeretur quod adeò
magna esset sua voluntas & suum
verbum sicut est tua Essentia, quod
est impossibile.

25. i. *Cælestis Domine, qui creasti sensa-
litates & intellectualites ad recipi-
endum significaciones tuarum perfecta-
rum Virtutum!* Sicut lapis quem homo
projicit non potest tantum manere

F

in

82 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
in aëre quantum in terra , eò quòd
terra sit suus locus naturalis & non
aer , ita anima quando habet actualiter
suam memoriam & suum intellectum
in oratione & contemplatione tuæ
Essentiæ non potest tantum tenere ora-
tionem in actualitate, quantum in poten-
tia ; quia , sicut lapis melius convenit
cum terra quæ est suus locus, quàm cum
aëre , ita memoria & intellectus meli-
ùs conveniunt in hoc Mundo cum po-
tentia, quàm cum actualitate.

26. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domi-
ne*, quando voluntas movet memoriam
& intellectum ad orandum & contem-
plandum tuam gloriosam Essentiam ,
tunc memoria venit coacta ad memo-
randum & intellectus ad intelligendum,
eò quòd levius sit eis esse in potentia
quàm in actualitate, & propterea volun-
tas venit ferè coacta & constricta in
orationem sicut lapis constrictè vadit
sursum per aërem , & hoc est ut me-
moria & intellectus & voluntas habe-
ant majus meritum quando actualiter
orant

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 83
orant & contemplantur Te; quia, si ita
leve esset animæ habere memoriam &
intellectum & voluntatem in actu, si-
cūt in potentia, ferè nullum meri-
tum esset ei habere istas virtutes in
tua oratione & contemplatione & iau-
de in tuo servitio.

27. Unde benedictus sis, *Domine*,
qui adeò bene hoc ordinasti & dire-
xisti; quia, in quantum corpus per
suam corruptionem & peccatum non
est directum ut sit animæ ordinatum
subjectum in quo ipsa habeat suas vic-
tutes in actu, in tantum habet ani-
ma majus meritum quando conatur eas
habere in actu in oratione & contem-
platione Tuī: igitur, cùm hoc ita sit,
quando homo vult orare, & contem-
plari tuam sanctam Essentiam, & se sen-
tit potentem incipere suam oratio-
nem, tunc incipit causa quare potest
habere virtuosum memorare & intel-
ligere & velle in sua oratione: unde,
sicut oportet quod homo prius fran-
gat testam nucis, ut postea veniat ad
nucleo.

84 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nucleum qui est dulcis, ita oportet,
Domine, quod homo prius vincat su-
am sensualitatem ut postea habeat dul-
cedinem & placitum orando Te in sua
intellectualitate.


28. k. *Gloriose Domine omnium il-
lorum qui in hoc Mundo Tibi faciunt
reverentiam & honorem!* Quando mea
anima habet æqualia suum memorare
& suum intelligere & suum velle in
oratione & contemplatione tuæ divi-
næ Essentiae, tunc Te orat per ratio-
nes demonstratas & significatas per ne-
cessarias demonstrationes, quæ de-
monstrantur & significantur quando me-
moria memorat in oratione id quod
intellectus intelligit & voluntas vult,
& intellectus intelligit id quod me-
moria memorat, & voluntas vult, &
voluntas vult id quod memoria me-
morate & intellectus intelligit; sed,
quando mea anima orat per fidem
tuam sanctam Deitatem, tunc volun-
tas est major quam memoria & intel-
lectus, in hoc quod ipsa velit & amet
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXVIII. 85
in tua Essentia id quod memoria in ea non potest memorare nec intellectus intelligere.

29. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, propterea, quando tuus servus orat & contemplatur tuam divinam Essentiam per necessarias rationes, & in aliqua re deficit in sua contemplatione, tunc recurrit ad fidem & contemplatur illam per fidem quæ sufficit ad id ad quod ratio non potest sufficere; &, dum tuus servus sic orat, venit dæmon ad suum intellectum & cum falsis demonstrationibus & significationibus vult ei destruere fidem, ut ei destruat orationem, & tunc tuus servus recurrit ad veras rationes & significationes, & statim dæmon resistit ei cum fide, ut extrahat intellectum ipsius à ratione & eum ponat in fide, ut quando cum habeat in fide destruat ipsam cum falsis rationibus; sed meus intellectus, *Domine*, non vult relinquere veras rationes nisi pro vera fide, nec vult relinquere veram fidem, nisi pro veris rationibus.

30 Un-

30. Unde benedictus sis ,*Domine DEUS*; quia , sicut homo ambulat duobus pedibus , ita oratio incedit per Rationem & Fidem ; & , quando dæmon in oratione superat Rationem hominis per falsas rationes & demonstrationes , debet homo recurrere ad veram Fidem ; & , quando dæmon vult destruere fidem per falsas rationes vel per aliam fidem , debet homo recurrere ad veras rationes significatas per veras demonstrationes necessarias ; & , qui ita scit resistere & fugere à dæmone in sua oratione, potest orare & contemplari tuam gloriosam Essentiam virtuosa sensualitate & intellectualitate ad gloriam & laudem Tuī qui es noster gloriosus
DEUS.



CAPUT CCCXIX.

*Quomodo homo oret & contempletur glori-
osam Infinitatem nostri Do-
mini DEI.*

1. **D**EUS principium omnium princi-
piorum & finis omnium finium,
cui sit gloria & honor omni tempore!
Qui vult orare & contemplari tuam sanc-
tam Infinitatem gloriosam, oportet,
Domine, quòd tribus virtutibus animæ
formet tres figuræ orationis quæ sunt :
oratio sensualis & oratio intellectualis
& oratio composita ex ambabus ; &,
quando ratione aliquarum necessita-
tum debet cessare ab oratione sen-
suali & intellectuali, oportet quòd
cas recondat & teneat in tertia fi-
gura.

2. *Gloriose Domine ! Sicut Tu cre-
asti Mundum & hominem ut homo
oret & contempletur tuam Unitatem
& Trinitatem & tuam gloriosam Es-
sentiam,*

88 B. Ray, *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sentiam , ita vis , quòd homo recipiat
significationes sensuales & intellec-
tuales significantes magnitudinem &
nobilitatem tuæ gloriose Infinitatis , ut
per illas significationes & demonstra-
tiones oret & contempletur tuam In-
finitatem , & ei faciat reverentiam &
honorem ex omnibus viribus sensuali-
bus & intellectualibus .

3. *Gloriose Domine ! Quando homo*
ordinaverit & direxerit suas sensualita-
tes & intellectualites ad orandum &
contemplandum tuam virtuosam Infi-
nitatem , oportet quòd eam oret &
contempletur in tribus rebus , scilicet
in tua Substantia & in tua Trinitate
& in tuis Virtutibus ; quia , sicut sen-
sualiter materia est per totum corpus ,
ita intellectualiter tua gloria Infinitas
est per totam tuam Substantiam &
per omnes tuas tres Personas & per om-
nes tuas perfectas Qualitates .

4. b. *O Domine DEUS , qui visum*
intellectualem virtuificasti super visum
sensualem ! Primus modus orationis est
quan-

quando homo orat tuam Infinitatem
in tua glorioſa Subſtantia: unde dici-
mus quod volentem orare & conte-
plari ſensualiter tuam Infinitatem in
tua Subſtantia, oporteat genufleſtere &
osculari terram & elevare ſuas manus
& ſuos oculos in cœlum & dicere:
gloria & laus & reverentia & honor ſem-
per fit tux sanctæ Subſtantiae divinæ
quæ eſt infinita in terra & in mari &
in aëre & in coelis, & eſt ſuper om-
nes res altas & ſub omnibus rebus
imis infinita ſinè quantitate & termi-
natione.

3. Tuus ſervus, *Domine DEUS*, a-
mat omnes res quæ dant significatio-
nem de perfectione, quam tua Subſtan-
tia habet in ſua Infinitate, & tua In-
finitas in tua Subſtantia, & omnes qui
tuam Infinitatem ſciunt cognoscere in
tua Subſtantia ſint amati & honorati
& benedicti, & omnes qui tuam Infi-
nitatem honorant & orant & contem-
plantur amando tuam Subſtantiam ſint
laudati & benedicti, & omnes qui in
tua

90 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tua infinita substantia confidunt & spe-
rant & ab illa petunt gloriam & mis-
ericordiam & indulgentiam sint amati
& laudati & benedicti.

6. Igitur , cùm substantia corpora-
lis sit finita & terminata , eò quòd sit
composita ex longitudine & latitudine
& profunditate, in quibus non est in-
finitas , tuus servus , *Domine DEUS*,
orat & laudat & benedicit in tua Sub-
stantia Infinitatem per quam tua Sub-
stantia non est finita nec terminata
nec comprehensa sensualiter nec intel-
lectualiter ; quia, adeò est tua Infinitas
perfectè & virtuosè in tua gloriofa sub-
stantia , quòd non possit esse in ea ter-
minatio nec alteratio nec finis nec ul-
lum accidens.

7. c. *Potens Domine pie , misericors ,
amorose humilis , & dulcis & suavis!*
Sicut sagitta se movet usque ad cer-
tum terminum per impulsu[m] quem ei-
dat arcus , ita mea memoria & meus
intellectus se movent intellectualiter ad
contemplandum & orandum tuam In-
finita-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXIX. 91
finitatem, secundum virtutem & potes-
tatem quam eis dedisti ; & , sicut sagitta
non habet potestatem movendi se ultra
terminos in quibus suus motus est ter-
minatus , ita mea anima non potest
memorare nec intelligere tuam Infini-
tatem ultra terminos in quibus sua me-
moria & suus intellectus sunt termina-
ti ; & , quando mea anima memorat &
intelligit tuam Infinitatem esse intra
& extra sex rectitudines , & se non suf-
ficere ad memorandum & intelligen-
dum quantum ipsa sit intra & extra il-
las , tunc mea voluntas amando orat
& contemplatur ipsam tuam Infinita-
tem super memoriam & intellectum.

8. Nam memoria, *Domine*, non po-
test memorare, nec intellectus intellige-
re quomodo tua Infinitas sit in tua Sub-
stantia , existente tua Substantia intra
& extra sex rectitudines , sed volun-
tas amat & orat & contemplatur tu-
am Infinitatem quomodocunque sit
in tua Substantia ; & , quia voluntas
amat id quod memoria non potest
me-

92 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III,*
memorare nec intellectus intellige-
re , propterea ipsa orat & contem-
platur plus tuam Infinitatem quam me-
moria & intellectus; & , quia id quod
voluntas amat super memoriam & in-
tellectum anima non memorat nec in-
telligit , propterea est finis & termina-
tio in voluntate, quæ esset major & me-
lior & ferventior si anima memoraret
& intelligeret id quod ipsa amat.

9. *Gloriose Domine!* Sicut Petrus me-
morat & intelligit se habere animam
& corpus, & deficit in memorando &
intelligendo quomodo anima & corpus
conjungantur , & quomodo anima ha-
beat in corpore suas virtutes in actu,
& quomodo redeant in potentiam , ita,
Domine , anima habet potestatem me-
morandi & intelligendi & volendi, tu-
am Infinitatem esse per omnia loca,
sed & ultra omnia loca non sufficit
ad memorandum & intelligendum
& amandum quomodo ipsa sit infi-
nitè per totam tuam Substantiam :
igitur , cum hoc ita sit , propterea
VO-

voluntas figuratur in duabus figuris, quarum una est quando amat omnes modos quicunque sint, secundum quos tua Substantia est infinita, & alia est, quando non potest amare specialiter vel speciales modos, quoniam memoria non potest eos memorare nec intellectus intelligere.

Io. d. *O Dimine DEUS qui beatificas omnes illos quos Tibi placet! Secundus modus orationis est quando homo orat tuam Infinitatem in tua gloriofa Trinitate: unde dicimus quod volentem orare & contemplari tuam Infinitatem in tua Trinitate, oporteat eam orare sensualiter loquendo & intellectualiter memorando & intelligendo & volendo in tua potenti Paternitate & in tua sapienti Filiatione & in tua amorosa Proceffione: igitur, propterea tuus servus orat & laudat & contemplatur tuam Infinitatem per totam tuam sanctam Trinitatem gloriosam.*

ii. Qui vult orare & contemplari tuam Infinitatem in tua Trinitate, *Dome-*
mine,

94 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
mine, oportet quòd memoret & in-
telligat & velit & dicat: gloria & laus
& reverentia & honor sit Infinitati
quæ est in tua Paternitate, quæ est in-
finita in se ipsa, & in Generatione quam
dat Filio, & in Processione quam dat
Sancto Spiritui, & gloria & virtus &
benedictio sit Infinitati quæ est in Fi-
lio quantum ad se ipsum, & quantum
ad Generationem quam recipit à Pa-
tre, & quantum ad Processionem quam
dat Sancto Spiritui, & gloria & sanc-
titas & magnificantia sit Infinitati Sanc-
ti Spiritus qui est infinitus in se ipso,
& in Processione quam recipit à Pa-
tre & Filio.

12. *Virtuose Domine!* Sicut corpus
est finitum & terminatum eò quòd sua
longitudo & latitudo & profunditas ha-
beant finem & terminationem, ita tua
Paternitas & Filiatio & Processio sunt
Proprietates infinitæ una sola Infinita-
te; quia, sicut in corpore longitudo
non est in latitudine & profunditate
nisi per transversum, ita per contra-
rium

rium sensum est Infinitas tuæ Paternitatis per totam Filiationem & Processionem , & est Infinitas tuæ Filiationis per totam Paternitatem & Processionem , & est Infinitas tuæ Processionis per totam Paternitatem & Filiationem : igitur , cùm hoc ita sit , per hoc significatur humano intellectui , *Domine* , quòd Infinitas omnium trium Personarum sit una tantum quæ est pér omnes tres Personas ; sed , quia mea anima non potest intelligere qualitatem nec modum secundùm quem tua Infinitas est per omnes tres Personas , & potest certificari quòd tua Infinitas sit per totam tuam Trinitatem , propterea voluntas formatur in duabus figuris , quarum una est quando amat qualitatem & modum quem anima non potest memorare nec intelligere , & alia quando in amando est in æquali quantitate cum memoria memorante & intellectu intelligente tuam gratiosam Infinitatem.

13. e. *O Liberalis Domine , qui ani-*
me

96 B. Ray. *Lulli Lib. Conempl. Vol. III.*
mæ dedisti memoriam ad Te memoran-
dum & intellectum ad Te intelligen-
dum & voluntatem ad Te amandum!
Tertius modus orationis est quando
homo orat tuam Infinitatem in tuis
Virtutibus: unde, qui vult orare &
contemplari tuam Infinitatem in tuis
Virtutibus, oportet quod sensualiter
& intellectualiter eam oret & contem-
pletur in tua gloria Potestate; quia,
sicut est naturale & proprium & subs-
tantiale tuæ Unitati & Trinitati & tuæ
Substantiæ habere Infinitatem, ita sinè
magis & minus est naturale & subs-
tantiale & proprium tuæ divinæ Po-
testati habere Infinitatem; &, sicut In-
finitas est naturalis tuæ Sapientiæ &
tuo Amori & tuæ Justitiæ & Miseri-
cordiæ & Humilitati & aliis Virtuti-
bus, ita sinè magis & minus est natu-
ralis tuæ gloriosæ Potestati.

14. *Gloriose Domine!* Qui vult ora-
re & contemplari tuam Infinitatem in
tua Potestate, oportet quod sensuali-
ter sentiat & intellectualiter intelligat
quo-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXIX. 97
quomodo tua Potestas formetur humano intellectui infinita per sex res, si-
nè quibus intellectus non posset eam
figurare nec intelligere infinitam, quæ
sex res sunt, quòd tua Potestas possit
creare aliquid de nihilo, & possit re-
ducere aliquid ad nihilum, & possit fa-
cere unam rem de alia & possit face-
re de una re duas vel plures & possit
facere de duabus vel pluribus rebus
unam & possit substituere sinè altera-
tione quidquid velit: unde benedic-
tus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut
corpus figuratur intellectui per longi-
tudinem & latitudinem & profundita-
tem, ita intellectualiter figuratur ei
tua Potestas infinita per sex res præ-
dictas.

15. Igitur, cùm Tu, *Domine*, cre-
averis Mundum de nihilo, & spiritus
irrationalium reducas ad nihilum, &
cursus naturæ reversurus sit ad nihi-
lum post diem judicii, & ex quatuor
elementis componas vegetabilia & ani-
malia & metalla, & ex Naturis divi-

G

na

98 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
na & humana univeris unum JESUM
Christum, & in Unitate JESU Chri-
sti conserves Naturam divinam & Na-
turam humanam sìne alteratione uni-
us & alterius, per hoc significatur &
demonstratur Infinitas in tua gloriosa
Potestate, quæ Infinitas non posset in
ea significari humano intellectui ita
benè ullo alio modo, sicut modo præ-
dicto.

16. f. *Patiens Domine plene amore &*
pietate & dulcedine & charitate! Tu-
us servus, *Domine DEUS*, orat & be-
nedicit tuam sanctam Infinitatem in
tua sancta Sapientia gloriosa, quæ est
infinita in tua gloriosa Substantia &
in tua excellenti Trinitate & in tua
virtuosa Potestate & in tuo gratiofo
Amore, & in omnibus aliis tuis Vir-
tutibus, orat tuus servus tuam Sapien-
tiā infinitam quæ est tua Infinitas &
tua Infinitas est ipsa.

17. *Gloriose DEUS!* Quando mea
anima memorat & intelligit causam fi-
nalem propter quam ei dedisti memo-
riam

Lib. V. Diff. XL. Cap. CCCXIX. 99
riam & intellectum , tunc significatur
suo intellectui, hanc esse, ut tuam glo-
riosam Sapientiam sciat esse infinitam
in tota tua Totalitate , & sciat omnes
tuas Proprietates & Virtutes esse in-
finitas , & sciat tuam Essentiam crea-
se omnes creaturas finitas & termina-
tas intrà tuam Infinitatem ; & propter-
ea , *Domine* , voluntas tui contempla-
toris vult orare & glorificare & con-
templari tuam Sanctam Infinitatem in
tua infinita Sapientia.

18. Quia creaturæ sensuales sensua-
liter, & creaturæ intellectuales intellec-
tualiter significant humano intellectui
se esse creatas finitas & terminatas &
habentes principium & finem , per hoc
significatur , *Domine* , Creator habens
Sapientiam infinitam , quoniam sinè
ipsa non esset dignus esse Creator , &
sinè Creatore non possent esse creatu-
ræ : igitur , quando mea anima memo-
rat & intelligit Infinitatem in tua Sa-
pientia , tunc orat & contemplatur In-
finitatem in ipsa , dum intellectus in
me-

100 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
memoria percipit significaciones &
demonstraciones tuæ infinitæ Sapien-
tiæ.

19. g. *O Domine DEUS, qui es the-
saurus meæ memorie & mei intellectus
& meæ voluntatis!* Tuus servus orat
& laudat & benedicit tuam sanctam
Infinitatem in tua sancta Æternitate &
in tuo sancto Amore; quia per hoc,
quòd per totam tuam Substantiam &
per omnes tuas tres Personas & per
omnes tuas Virtutes sint infinitè tua
Æternitas & tuus Amor, necessariò
oportet in tua Æternitate, & in tuo
Amore esse tuam Infinitatem: igitur,
cùm hoc ita sit, tuus amator, *Domi-
ne*, orat & contemplatur tuam Infi-
nitatem in se ipsa & in omni in quo ipsa
est & in omni quod in ea est.

20. *Gloriose Domine!* Quando mea
anima memorat & intelligit tua ope-
ra, tunc significatur meo intellectui,
quòd antequam Mundus esset creatus
jam erant infinitè tua opera in tua
Potestate & Sapientia & voluntate; &
quia

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXIX. 101
quia Tu infinitè habes in tua Potesta-
te & Sapientia & Voluntate tua ope-
ra , propterea tuus servus sensualiter
& intellectualiter orat & contemplatur
tuam Infinitatem in tuis operibus.

21. Quando tuus servus , *Domine*,
memorat & intelligit tuam sanctam In-
carnationem & Passionem , & memo-
rat & intelligit quomodo magna hu-
militas & magnus amor & magna pie-
tas & magna benignitas fecerit con-
jungere tuam Naturam divinam infi-
nitam cum Natura humana finita ter-
minata vilipensa & occisa à Judæis,
tunc tuus servus conatur quantum po-
test orare & contemplari tuam Infini-
tatem in tua sancta Incarnatione &
Passione & Resurrectione & Ascentio-
ne ; quia nullæ significationes & de-
monstrations sunt nec possunt esse
quæ ita bene humano intellectui pos-
sint dare significationem de infinita Per-
fectione quæ est in tuis gloriosis Virtu-
tibus , sicut significationes quæ fiunt in
tua Incarnatione & Passione.

22. h.

22. h. *Sapiens Domine amoroſe benignoſe gratioſe!* Quia tua glorioſa Iuſtitia & Aequitas eſt infinitè per totam & in tota tua Subſtantia diuina, & eſt infinite per totam tuam Trinitatem, & tua Infinitas eſt in Iuſtitia & Aequitate, quæ eſt infinita per omnes tuas Qualitates, propterea tuus ſervus orat & laudat & benedicit tuam Infinitatem in tota tua Aequitate & Iuſtitia, quæ Infinitas, *Domi-
ne DEVS*, fuit infinite in tua Aequi-
tate & Iuſtitia antequam Mundus eſſet
creatus,

23 Antequam tempus eſſet, *Domi-
ne*, jam erat tua Infinitas in tua dul-
ci, pia & gratioſa Mifericordia quæ eſt
consolatio & confortatio & Mater om-
nium peccatorum; quia antequam tem-
pus eſſet, jam infinite erat in Te Mi-
fericordia, & nunc quando tempus eſt,
eſt in Te infinita Mifericordia, & poſ-
tea quando tempus non erit, tua Mi-
fericordia erit infinita: igitur, cùm hoc
ita ſit, & tua Mifericordia ſit tota mea
ſpes & totum meum bonum & mea
bea-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXIX. 103
beatitudo, propterea oro & laudo & benedico, ex omnibus meis viribus sensualibus & intellectualibus Infinitatem in tua dulci Misericordia gloriosa.

24. *Honorate DEVS gloriose!* Quia tua Infinitas est in tua Sapientia & in tua Misericordia, ideo placuit tibi, *Domine*, uti justitia & misericordia creando creaturas in tali dispositione & in tali statu quod homo infinitè haberet cognitionem de Infinitate quæ est in tua Justitia & Misericordia, quam cognitionem non posset homo habere infinitè si gloria Paradisi & poena inferni essent finitæ & terminatæ & privarentur suo esse: igitur, cum hoc ita sit, propterea oportet quod oremus & laudemus tuam Infinitatem quæ infinitè in gloria & in poena videbitur in tua Justitia & in tua Misericordia.

25. i. *Rex sancte gloriose, potens super omnes patescas!* Tuus servus orat & contemplatur tuam Infinitatem in gloria Humilitate quæ infinitè est in tua Substantia divina & in tua Trinitate

104 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tate & in omnibus tuis Qualitatibus;
quia, antequam Mundus esset, jam
erat in Te infinitè Humilitas quam vis
esse manifestam homini infinitè post
tempus per humilationem quam fecis-
ti in tempore, quando Te incarnasti in
gloriosa Virgine & humiliasti Huma-
nitudinem paupertati & opprobriis & la-
boribus & morti.

26. *Gloriose Domine!* Sicut figura
hominis in speculo cò majorem se de-
monstrat quò plus homo appropinquat
ipsi speculo, ita quò plus univisti &
appropinquasti tuam infinitam Deita-
tem humanæ Naturæ quam assumpsisti
finitam, & quò plus ipsam Humanidi-
tatem appropinquasti laboribus & mor-
ti in hoc Mundo, cò plus significatur
infinitas in tua gloriosa Humilitate:
quia, sicut Infinitas tuæ Magnitudinis
cò manifestius demonstratur humano
intellectui quò plus memoria potest
memorare & voluntas amare magnitu-
dinem tuæ divinæ Substantiæ, ita, *Do-
mine*, per humilia opera tua Infinitas
cò

cò plus significatur humano intellectui quò plus memoria memorat & voluntas amat tuam Humilitatem significatam in tua humili Incarnatione & Passione.

27. Sicut humilis Rex plus demonstrat suo populo suam humilitatem quando se vult humiliare uni pauperi vasallo & vult mori pro amore ipsius, quām si se humiliaret alii Regi sibi æquali, ita, *Domine*, Infinitas quæ est in tua Humilitate cò plus significatur humano intellectui quò plus humuna natura fuit corrupta & vilificata per peccatum originale & Tu voluisti esse homo & mori pro homine; & si, ita non esset, humanus intellectus non esset paratus nec directus ad infinitè recipiendum significationes tuæ infinitæ Humilitatis significatæ in infinità unionē tuæ Deitatis & Humilitatis.

28. k. *O Domine DEUS digne orari & invocari & benedici!* Tuus servus & tuus amator orat & contemplatur ex omnibus suis viribus sensualibus & intellectua-

106 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
Intellectualibus tuam Infinitatem in tua
Gloria & in tua Bonitate & in tua
Perfectione & in omnibus aliis tuis
virtutibus & Proprietatibus; quia tua
Infinitas ita infinitè est in una carum,
sicut in alia, & in una Proprietate si-
cut in alia, in hoc quòd Tu sis in to-
ta tua Essentia infinitus & in omnibus
tuis Proprietatibus & in omnibus tuis
Virtutibus,

29. *Gloriose DEVS!* Intellectualiter
scimus quòd tua Sapientia ita bene sci-
at malum quod Petrus faciet die lunæ,
sicut scit bonum quod facit die do-
minica, & propterea, *Domine*, tua Vo-
luntas est ita infinita in Te in quantum
amat Petrum ratione boni quod facit
die dominica, sicut in quantum disa-
mat cum ratione mali quod faciet die
lunæ, & hoc ita significatur humano
intellectui per tuam perfectam Sapi-
entiam & Voluntatem & per tuam
perfectam Justitiam & Misericordiam:
igitur, cum hoc ita sit per hunc mo-
dum significatur humano intellectui
quod

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXIX. 107
quod in omnibus tuis Virtutibus sit
Infinitas eò quod , si ipsa non esset
in eis , non posset in eis esse perfectio;
& , si perfectio non esset in eis, DEUS
non esset ; & , si DEUS non esset ,
non esset Infinitas; & , si Infinitas non
esset , non esset res finita, quia non esset
qui eam crearet , quod est impossibile.

30. *Virtuose Domine !* Ratio , qua-
re Petrus amat Guillielmum qui facit
bonum die dominica & non eum disa-
mat ratione mali quod faciet die lu-
næ , est quia sua scientia non est ma-
jor quam sua voluntas, nec sua scien-
tia scit die dominica malum quod Gui-
llielmus faciet die lunæ , & propterea
quando Petrus est in die lunæ & videt
malum quod Guillielmus facit, disamat
eum quem non disamabat die domi-
nica , & tota ista alteratio voluntatis
recipit formam & generationem in Pe-
tro per hoc quod ipse habeat finitam
scientiam & finitam potestatem & fi-
nitam voluntatem & finitam justitiam
& misericordiam : igitur , cùm hoc
ita

108 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
ita significetur humano intellectui, per
hanc significationem se mutat intellectus ad recipiendum significationes tuæ
gloriosæ Infinitatis, quam tuus servus,
Domine DEUS, orat & contemplatur
& laudat & benedicit in tota tua Tri-
nitate & in omnibus tuis Virtutibus
& in omnibus tuis operibus & in tota
tua gloriosa Substantia divina.

CAPUT CCCXX.

*Quomodo homo oret & complectetur glo-
riosam Vitam nostri Domini DEI.*

i. **O** *DEUS vive, gloriose, qui es*
a. *fons vitae & honoris!* Qui vult
orare & contemplari tuam gloriosam
Vitam, oportet, *Domine*, quod eam
oret & contempletur sensualiter & in-
tellectualiter & postea ambas oratio-
nes ponat in tertia figura orationis com-
posita ex ambabus figuris.

2. *Virtuose Domine!* Qui vult intra-
re in orationem ad orandum & con-
tem-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXX. 109
templandum tuam amorosam Vitam,
oportet quòd ordinet & dirigat & dis-
ponat suos sensus sensuales & intellec-
tuales, & quinque potentias animæ,
quia sinè ordinatione & directione om-
nium istarum rerum, homo non habet
potestatem nec dispositionem ad' con-
templandum & orandum tuam glorio-
sam Vitam.

3. Et quando homo, *Domine*, dis-
posuerit & direxerit & ordinaverit om-
nes prædictas res, tunc oportet quòd
oret & glorificet & contempletur tu-
am gloriosam Vitam in tua virtuosa
Substantia & in tua mirabili Trinitate
& in tuis perfectis Virtutibus; quia,
sicut materia sensualiter est per totum
corpus, ita intellectualiter tua gloria
Vita est per totam tuam Substantiam
& per totam tuam Trinitatem & per
omnes tuas gloriosas Virtutes.

4. b. *Sanctificate Domine, Creator &*
Recreator, Salvator, & benefactor nos-
ter! Tuus servus genuflexus osculatur
terram & elevat suas manus & suos o-
culos

110 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
culos ad cœlum memorando & intel-
ligendo & volendo tuam gloriosam Vi-
tam & dicendo : gloria & laus & re-
verentia & honor sit omni tempore
tuæ Vitæ matri omnium vitarum di-
rectioni omnium directionum , quæ est
immortalis & essentialis Vita vivens
per se, & in se, & est de se ipsa & non de
alia vita, & non est similis nostræ vitæ
quæ est de alia & per aliam.

5. Tuæ sanctæ Vitæ, *Domine DEUS*,
detur gloria & honor ; quia , sicut cor-
pus sensualiter est compositum ex lon-
gitudine & latitudine & profunditate,
ita intellectualiter simpliciter sinè ulla
compositione, tua Vita est res vivens
habendo infinitatem & æternitatem &
potestatem & sapientiam & volunta-
tem & perfectionem ; & , sicut corpus
corruptitur per corruptionem suæ lon-
gitudinis & latitudinis & profundita-
tis , ita per contrarium sensum, tua
gloriosa Vita durat per perfectam in-
finitatem & æternitatem & potestatem
& sapientiam & voluntatem & gloriæ
& benedictionem.

6. Igi-

6. Igitur orata & invocata & sanctificata sit tua Vita, *Domine DEUS*; quia, sicut calor est igni naturalis & aquæ frigus, ita & adhuc multò melius sine omni comparatione est naturalis tuæ gloriosæ Vitæ duratio & infinitas & æternitas & potestas & sapientia & voluntas & perfectio; &, sicut igni est naturale dare calorem aéri, & aquæ est naturale dare frigiditatem terræ, ita & adhuc multò melius sine omni comparatione est naturale tuæ Vitæ dare per creationem gratiam & benedictionem & *esse nostræ vitæ*, & est naturale nostræ vitæ vivere per tuam vitam gloriosam & in ea habere suam perdurablem beatitudinem.

7. c. *Singularis Domine in honoratione & dominio & virtute!* Qui vult orare & contemplari tuam sanctam Vitam gloriosam, oportet quod sensualiter nominet & intellectualiter consideret significaciones quæ eam significant; quia, sicut anima intellectualiter videt suam

112 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
vitam memorando suam memoriam &
intelligendo suum intellectum & volen-
do suam voluntatem , ita beata anima
orat & contemplatur tuam Vitam reci-
piendo significaciones significantes in
ea infinitatem & æternitatem & po-
testatem & sapientiam & amorem &
perfectionem & alias gloriosas Virtu-
tes.

8. *Gloria & benedictio sit , Domi-
ne , tuæ mirabili Vitæ , quæ non est
similis nostræ vitæ ; quia , quando nos-
tra anima habet in potentia memori-
am & intellectum & voluntatem, tunc
habet in sua vita defectum in quan-
tum sua vita est major quando memo-
ria & intellectus & voluntas sunt in ac-
tu : unde benedicta sit , Domine DEUS ,
tua Vita , quia in ea nunquam est de-
fectus nec est in ea ulla res nisi actua-
liter ; quoniam , sicut nostra vita per
defectum habet uno tempore suas vir-
tutes in actu , & alio habet eas in po-
tentia , ita per perfectionem omnes res
sunt in tua Vita actualiter.*

9. *Tuæ*

9. Tuæ sanctæ Vitæ, *Domine DEUS*, fiat reverentia & honor, quia non est similis nostræ vitæ, quoniam in nobis corpus non potest vivere sìne anima, & anima non potest habere in actu suam memoriam nec suum intellectum nec suam Voluntatem sìne adjutorio corporis; sed de tua sancta Vita gloriosa, *Domine DEUS*, non est ita, quia ipsa non vivit nisi per se ipsam, nec indiget ulla re quæ eam juvet ad vivendum & habendum in actu suam potestatem & suam sapientiam & suam voluntatem & suam gloriam & suam perfectionem: igitur, cùm hoc ita sit, vita tui servi dat gloriam & honorem tuæ Vitæ, quæ est mater à qua omnes vitæ recipiunt gratiam & benedictionem:

10. d. *Liberalis Domine gratiose gloriose potens!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus vitam hominis esse per totum corpus æquilater, sed opera ipsius esse plùs in una parte corporis quàm in alia, sicut

114 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
velle in corde & intelligere in fronte
& memorare in occipite ; quia, locus
magis paratus & dispositus est cor ut
anima habeat in eo suam voluntati-
tem in actu quam pedes & manus , &
hoc idem est de memoria & intellec-
tu : igitur , cum hoc ita sit , per hoc
significatur quod vita hominis meli-
us conveniat & plus consistat in qui-
busdam partibus corporis quam in
aliis.

ii. Unde gloria & benedictio &
reverentia & honor , *Domine DEUS* ,
sit tuæ gloriosæ Vitæ ; quia , quando
homo memorat & intelligit & vult
modum secundum quem corpus reci-
pit maiorem perfectionem ab anima
in quibusdam partibus quam in aliis ,
significatur suo intellectui perfectio tuæ
sanctæ Vitæ gloriosæ , quoniam ipsa
est perfectè per totam tuam simplicem
Substantiam & per totam tuam sanc-
tam Trinitatem & per omnes tuas glo-
riosas Virtutes ; & non habet in ulla
prædictarum rerum maiorem virtutem
nec

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXX. 115
nec majorem proprietatem nec maiorem actualitatem quam in aliis; quia, sicut anima eò quod sit creatura finita & terminata non potest tantam vitam dare quibusdam membris corporis quantam aliis, ita tua Vita eò quod sit increata & æterna & infinita potest esse æqualis in virtute & bonitate & essentia & perfectione per totam tuam Substantiam & per tuas Personas & Qualitates.

12. Sicut vita animæ est per totum corpus animatum, ita, *Domine*, tua Vita est per omnes res creatas; sed, sicut vita animæ plus demonstratur in corde & fronte & occipite quam in pede, ita tua Vita plus demonstratur quibusdam hominibus quam aliis, secundum quod quidam plus eam orant & contemplantur quam alii; quia, sicut cor est subiectum magis paratum voluntati quam pes, ita homines iusti sunt magis parati ad recipiendum virtutem, & gratiam & benedictionem à tua Vita quam peccatores.

13. e. *Æter-*

13. c. Æterne Domine , qui es principium omnium principiorum & perfectionum ! Sicut vita animæ est æqualiter in memoria & intellectu & voluntate , ita tua Vita est æqualiter in tua Paternitate & Filiatione & Processione ; quia , sicut memoria & intellectus & voluntas non possent vivere sìne vita , ita tua Paternitas & Filiatio & Processio non possent vivere sìne vita ; & , sicut vita animæ monstratur in tribus rebus diversis scilicet in memoria & intellectu & voluntate , & ista diversitas figuratur per hoc quòd in anima sint tres virtutes diversæ in proprietatibus , ita tua Vita monstratur in tribus Proprietatibus diversis , scilicet in Paternitate & Filiatione , & Processione ; & , sicut tres virtutes animæ non sunt diversæ in substantia , eò quòd non sint nisi una substantia , ita tuæ tres Personæ non sunt diversæ in substantia , eò quòd non sint nisi una substantia .

14. Gloriose DEUS ! Si per diversitatem figurarum corporalium anima figuraretur in diversitate memoriae & intellectus & voluntatis, & non haberet hanc diversitatem in se & de se , sed eam haberet per corpus quod habet cor & frontem & occiput diversa in figura & in locis , sequeretur quod quando anima esset separata à corpore esset privata diversitate memoriae & intellectus & voluntatis, & esset sicut vinum quod privatur figura quam recipit in ampulla , quando ipsa frangitur & vinum effunditur ; & , si ita esset, Domine , nulla anima haberet in alio sæculo gloriam nec poenam vel omnes haberent simul gloriam & poenam; quia , dum non esset in eis voluntas diversa à memoria & intellectu , vel amarent id quod memorarent & intelligerent sive bonum sive malum , vel amarent id quod non memorarent nec intelligerent; & , si ita esset , non esset gloria in alio sæculo diversa à poena infernali , quod est impossibile: igitur ,

118 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tur, cùm hoc ita sit, propterea tuus
servus memorando & intelligendo &
volendo istas res, recipit significatio-
nes tuæ Vitæ significantes tuam glorio-
sam Trinitatem, & recipiendo eas o-
rat & contemplatur ipsam tuam glo-
riosam Trinitatem memorando & in-
telligendo & amando tuam gloriosam
Vitam.

15. *Gloriose Domine!* Vita animæ
habet tantam voluntatem in pede ho-
minis potentialiter quoad se ipsam,
quantam habet in corde actualiter; sed,
quia cor est paratum instrumentum ut
anima habeat in eo suam voluntatem ac-
tualiter, & pes non, propterea pes & cor
faciunt diversitatem inter actualitatem
& potentiam animæ: igitur, cùm hoc ita
sit, per hoc significatur quòd tua Vita sit
tanta in tua Voluntate amante homi-
nem justum, quanta est in ipsa disaman-
te hominem peccatorem, & hoc est
quia tua Vita æqualiter est per tuam
Misericordiam & per tuam Justitiam;
sed, quia homo peccator non est dig-
nus

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXX. 119
nus amari à tua Voluntate secundùm
quòd est dignus homo justus , prop-
terea , *Domine* , tua Voluntas est æquè
digna in homine peccatore per justi-
tiam puniendo culpam ipsius , sicut in
homine justo præmiando ejus merita;
& , si ita non esset , significaretur quod
tua Vita esset plus in una tuarum
Virtutum quàm in alia , quod est im-
possibile.

16. f. *Gloriose DEUS fortis super om-
nes potestates ! Sensualiter sentimus &
intellectualiter intelligimus , Domine ,
quòd anima sit per totum corpus , sed
plus virtutis det quibusdam partibus
corporis quàm aliis ; quia , potentia ve-
getabilis est in quibusdam partibus ip-
sius corporis virtuosius quàm in aliis ,
sicut in capite piscis quod est sapidius
quàm cauda , & in pectore arietis quod
est sapidius quàm fœmur , & in ala
gallinæ quæ est sapidior quàm crus ,
& in albu pomi citrini quod est sa-
pidius quàm cortex , & quàm cor in quo
sunt grana , & sic de aliis rebus .*

17. *Vir-*

17. *Virtuose Domine!* Sicut anima plūs utitur sua virtute per potentiam vegetabilem in quibusdam rebus quàm in aliis, in quantum dat quibusdam partibus corporis plūs saporis quam aliis, ita ipsa plūs utitur sua virtute per potentiam sensitivam in quibusdam partibus quàm in aliis; quia, plūs utitur sua virtute & vita in quatuor sensibus sensualibus quàm in manibus & pedibus, cò quòd oculis det videre & sentire & auribus audire & sentire & naribus odorari & sentire & palatui gustare & sentire & manibus & pedibus & aliis membris non det nisi sentire tantùm, & etiam cordi dat anima maiorem sensationem quàm pedi, & pedi maiorem quàm ossi, & sic de aliis rebus.

18. *Humilis Domine!* Sicut potentia sensitiva est virtuosior in quibusdam partibus corporis quàm in aliis, licet anima sit æqualiter in sua virtute per totam potentiam sensitivam, ita tua sancta Vita gloriosa est æqualiter

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXX. 121
liter per omnes creaturas & per omnes
partes ipsarum , sed plus demonstrat
suam virtutem in quibusdam creaturis
quam in aliis , sicut in anima quae re-
cipit plus virtutis a tua Vita quam cor-
pus, & corpus plus quam pomum, & po-
mum plus quam lapis, & paradisus plus
quam infernus ; igitur , cum hoc ita sit,
Domine , quotiescumque homo memo-
ret & intelligat & amet tuam Vitam
esse æqualiter quoad se in omnibus re-
bus & demonstrare plus suam virtutem
in quibusdam creaturis quam in aliis,
orat & contemplatur tuam gloriosam
Vitam.

19. g. *Creator Domine Pater Benefactor*
invente in nostris pressuris & tribulatio-
nibus ! Sensualiter sentimus & intellec-
tualiter intelligimus, quod anima det
vitam corpori , quia sine ea corpus non
vivit nec potest uti ullo suorum sen-
suum, nec potest se movere nec durare
in sua forma ; quia, sicut es naturale
animæ esse complementum corporis, ita
est naturale corpori corrupti & putre-
fieri

122 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
fieri & consumi sínè anima: igitur, cùm
hoc ita sit, per hoc significatur huma-
no intellectui quòd anima scmpre ha-
beat de sua natura potestatem & vir-
tutem dandi vitam corpori quoties-
cunque corpus sit paratum ad recipi-
endùm vitam & perfectionem ab ea;
sed, quia corpus corrumpitur eò quòd
sua materia non sit contenta de sua
forma & velit aliam recipere, proptere-
a, *Domine*, non potest tantam virtu-
tem habere recipiendi vitam & perfec-
tionem ab anima quantum anima ha-
bet dandi ei vitam & perfectionem;
quoniam, si corpus tantum posset re-
cipere quantum anima potest dare,
scmpre corpus duraret & esset incor-
ruptibile.

20. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-
ne*, per hoc significatur humano intel-
lectui tua gloria Vita, quæ est vita
& virtus & perfectio omnium creatu-
rarum; sed, sicut corpus non potest tan-
tam vitam recipere ab anima quan-
tam anima quoad se potest ei dare, ita
homo

homo in hoc Mundo corrupto non potest tantum recipere à tua Vita quantum recipiet in alio ; quia per hoc , quòd homo in hoc Mundo sit corruptus per peccatum & non habeat corpus glorificatum , suum corpus non est dignum esse incorruptibile , & proprie- ea non potest durare nec esse immor- tale ; sed in cœlesti gloria non erit ita , quia homo in ea habebit gloriam finè fine , eò quòd habebit corpus glorifica- tum immortale sanctificatum & puri- ficatum ab omni peccato .

21. Unde gloria & laus & virtus & benedictio sit , *Domine DEUS* , tuæ sanc- tæ Vitæ gloriose , quæ est Vita super om- nes vitas excellens & virtuosa à qua spe- ramus vitam immortalem perdurablem in tua excellenti beatitudine : igitur , quia tua Vita , *Domine DEUS* , dedit vitam omnibus vitis , & creavit omnes creature & est gloria perdurablem om- nium Angelorum & omnium animalium Paradisi & omnium corporum hominum justorum qui intrabunt in gloriam , prop- terea

124 B.Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol.III.
terea tuus servus & tuus amator ex omnibus suis viribus sensualibus & intellectua-
libus orat & contemplatur tuam sanc-
tam Vitam gloriosam.

22. h. *O Sancte Sanctorum, o Domine
Dominorum, o Rex Regum!* Sicut super-
ficies corporis continentis aquam dat
colorem toti aquæ in superficie superi-
ori & inferiori & in intermedio ipsius
aquæ, ita intellectualiter significatur
humano intellectui quòd tua gloria
Vita sit per totam vitam animæ quan-
do anima eam memorat & intelligit &
amat & laudat & orat & contempla-
tur; quia, sicut magnes habet per to-
tum se ipsum virtutem secundum hanc
figuram A B C, hoc est quòd A & B
& C sint tres terminations magnetis
& A sit facies & B sit intermedium &
C sit finis, & totum corpus sit conti-
nuatum, ita anima est tota viva & gra-
tiosa & benedicta quando memorat &
intelligit & amat tuam gloriosam Vi-
tam; &, sicut si magnes dividatur in
duas partes & divisio fiat in B, pver-
tuntur

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXX. 125
tuntur & alterantur rectitudines ipsius
magnetis, ita *Domine*, quando anima
Te memorat & Te intelligit & non Te
amat, pervertuntur & alterantur suæ vir-
tutes; quoniam magnes antequam divi-
datur respicit ad aquilonem ab A usque
ad B, & à B usque ad C respicit ad me-
ridiem, sed post divisionem magnetis
prima superficies ipsius B quæ est con-
tinua cum A respicit ad meridiem, &
alia superficies ipsius B quæ est conti-
nua cum C respicit ad aquilonem, &
superficies ipsius C respicit ad meridi-
em.

23. *Gloriose Domine!* Sicut tota vir-
tus magnetis est continua ab A usque
ad C quando magnes non est divisus
in B, ita tota anima vivit in virtutē
& beatitudine in tua Uita quando me-
moria Te memorat & intellectus Te
intelligit & voluntas Te amat; sed, si-
cūt natura ipsius B mutatur & alteratur
quando de magnete fiunt duæ partes
secundūm quod prædictum est, ita quan-
do anima amat aliquam rem obli-
cendo.

126 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
cendo & ignorando & disamando Te,
tota sua vita pervertitur in mortem
peccati & culpæ ; & , licet memoria
Te mémorct & intellectus Te intelli-
gat, tamen non vivunt in Te dummo-
do voluntas amet aliam rem plus quam
Te ; quia , sicut prima & ultima super-
ficies ipsius B mutantur & alterantur
per divisionem magnetis , & prima su-
perficies partis in qua est C fit prima
respectu superficiei ipsius C, & ultima
superficies partis in qua est A, fit ulti-
ma quæ erat prima respectu B quan-
do ambæ partes erant unitæ , ita, *Do-
mine*, memoria & intellectus qui vive-
bant in virtute quando voluntas Te a-
mabat, moriuntur in peccato & culpa
quando voluntas Te disamat.

24. Unde benedictus sis, *Domine DE-
US* ; quia sicut corpus moritur quan-
do anima per corruptionem ipsius se-
paratur ab eo , ita voluntas animæ mo-
ritur in peccato & culpa quando se-
paratus à memoria quæ Te memorat &
ab intellectu qui Te intelligit, & amat
aliam

aliam rem plūs quàm Te: igitur , cùm
hoc ita sit , quotiescunque homo me-
mōret & intelligat & amet per signi-
ficationes prædictas virtutem tuæ glo-
riosæ Vitæ , orat & contemplatur ip-
sam tuam gloriosam vitam.

25. i. *Rex Regum , Domine Dominorum ,
Magne Magnorum ! In quantum anima
memorat & intelligit & amat tuam Po-
testatem & tuam Sapientiam & tuam
Voluntatem & alias tuas Virtutes , in
tantum vivit recipiendo gratiam &
benedictionem à tua gloria Vita ; & ,
in quantum ipsa memorat & intelli-
git tuas Virtutes & non amat eas cò
quòd amet alias res plūs quàm ipsas ;
in tantum moritur in peccato & cul-
pa per hoc quòd non amet id quod
memoria memorat & intellectus intel-
ligit de tuis perfectis Virtutibus.*

26. Unde benedictus sis , *Domine
DEUS ; quia , sicut ignis compositus
in nive movetur contra suum cursum
naturalem quando tendit deorsum , ita
voluntas amat contra suum cursum
natura-*

128 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
naturalem si amet aliquam rem tantum
vel plus quam Te quando memoria
memorat & intellectus intelligit Te es-
se meliorem & nobiliorem omnibus
aliis rebus: igitur , sicut natura ignis
per naturam nivis alteratur in suo mo-
tu , ita memoria & intellectus alteran-
tur per voluntatem que moritur in hoc
quod aliam rem amet plus quam Te;
& sicut memoria & intellectus mori-
untur in peccato per culpabilem vo-
luntatem , ita voluntas moritur in pec-
cato per memoriam quae memorat &
per intellectum qui intelligit Te esse
dignum amari plus quam ulla alia
res.

27. *Virtuose Domine !* Sicut major
quantitas aquae & terrae in nive cogunt
& constringunt ignem & aërem ad mo-
vendum se contra suam naturam , ita,
quando sua voluntas minus fruitur re-
ceptione gratiae & benedictionis tuæ
Vitæ quam memoria & intellectus, al-
terat memoriam faciendo eam memo-
rare & alterat intellectum faciendo eum
intel-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXX. 129
intelligere id quod ipsa plūs amat, &
propterea anima vertit suam memoriam
& suum intellectum ad id quod vo-
luntas plūs amat, & hoc idem est de
memoria & intellectu, qui alterant vo-
luntatem ad amandum Te plūs quam
ullam aliam rem quando anima me-
morat & intelligit Te plūs quam ul-
lam aliam rem: igitur, cùm hoc ita
sit, cogitando & percipiendo & no-
minando & legendo omnes istas res, o-
rat & contemplatur homo tuam glo-
riosam Vitam, si sua anima eam me-
morat & intelligit & amat.

28. k. *Misericors Domine perdurable*,
cui sit reverentia & honor! Sensuali-
ter sentimus & intellectualiter intelli-
gimus omnes sensualitates corporis es-
se intra intellectualites animæ inclu-
sas & terminatas & animam habere su-
as intellectualites intra & extra sen-
sualitates corporis, & propterea dici-
tur quòd corpus sit terminatum intra
vitam & virtutem animæ, & quòd a-
nima sit intra & extra corpus, sicut

I

anima

anima Petri quæ sufficit ad attingendum res plùs & remotiùs quàm corpus possit eas sentire.

29. Igitur , cùm hoc ita sit , *Dominus* , per hanc significationem significatur quòd tua gloriosa Vita sit intra & extra Mundum ; quia , si anima quæ est creatura, est essentialiter & præsentialiter intra & extra corpus, quantò plùs tua gloriosa Vita, quæ creavit quidquid est, potest esse substantialiter & actualiter & potenter intra & extra Mundum : igitur benedicta sit , *Domine DEUS* , tua gloriosa Vita ; quia , si corpus potest habere intra se, continuò sine ullo medio, suam longitudinem & latitudinem & profunditatem, quin anima quæ est in eo, ipsi èas impedit, quantò plùs tua Vita potest esse intra & extra omnes creature, quin ultra creatura ei impedit esse intra & extra ipsas?

30. Unde , quia tua gloriosa Vita, *Domine DEUS* , est intra & extra omnes creature, & est infinita & substantialis

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 131
tialis in omnibus rebus, & ab ea recipiunt gratiam & sustentationem & benedictionem omnes creaturæ, propterea tuus servus & tuus amator orat & contemplatur & laudat & benedicit ipsam in omnibus locis & extra omnia loca in quibus ipsa est infinita & virtuosa, & placeat tibi quod, quoniam tua Vita est per omnia loca & extra ipsa essentialiter, per totum Mundum & ab omnibus hominibus laudetur & oretur & invocetur vero memorare & intelligere & velle ad gloriam & benedictionem ipsius tuæ Vitæ, quæ est gloria Essentia divina.

CAPUT CCCXXI.

*Quomodo homo oret & completeret
gloriosam Æternitatem nostri
Domini DEI.*

I. O *DEUS æterne perdurabilis in
a. omni tempore, consolatio &
spes tui servi! Qui vult orare & con-
tcm-*

132 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
templari tuam gloriosam Æternitatem,
oportet, *Domine*, quòd eam oret &
contempletur oratione sensuali & ora-
tione intellectuali, & quando finiet
istas duas orationes eas recondat in ter-
tia figura orationis.

2. *Gloriose Domine!* Nullus homo
perfectè orat & contemplatur tuam
gloriosam Æternitatem, nisi eam oret
in omni quod est in tua divina Subs-
tantia & in tua gloriosa Trinitate &
in tuis perfectis Virtutibus; quia, per
hoc, quòd quidquid est in tua Subs-
tantia, & in tua Trinitate & in tuis
Virtutibus sit æternum, oportet quòd
sensualiter & intellectualiter oret ho-
mo tuam Æternitatem memorando &
intelligendo & volendo eam esse in
omni quod est tua Substantia & tua
Trinitas & tuæ Qualitates.

3. Igitur, quia Tu, *Domine DE-*
US, creasti creaturas ut humano in-
tellectui faciant demonstrationem de
tua gloriosa Æternitate, & ut homo
oret & contempletur id quod de Te
repræ-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 133
repræsentatur suo intellectui per crea-
turas, propterea oportet quòd istud
Caput dividamus in *quinque* partes per
quas significatur duratio creaturarum
per quam significatur tua gloriosa Æ-
ternitas, quarum partium *prima* est
motus localis, *secunda* augmentatio,
tertia alteratio, *quarta* conservatio, &
quinta perfectio.

4. b. *Domine simplex sinè omni com-
positione, qui es nostra gratia & bene-
dictio!* *Prima* pars est *motus localis*: un-
de dicimus quòd sensualiter sentiamus
& intellectualiter intelligamus firma-
mentum moveri localiter in hoc quòd
suum motus sit circularis, & elemen-
ta moveri localiter in hoc quòd quæ-
dam moveantur sursum & alia deor-
sum, & corpora composita ex ele-
mentis moveri ad augmentum & di-
minutionem, & moveri de uno loco
in aliud.

5. Igitur, cùm iste motus sensua-
lis demonstretur sensibus sensualibus &
intelligatur à sensibus intellectualibus,
per

per hoc significatur , *Domine* , quòd
creaturæ in quibus ipse est, habeant
principium & finem ; quia, omnes res
in quibus est iste motus significant se
habere principium & finem , & per
hoc significant necessariò oportere esse
aliquam rem quæ sit æterna sìne prin-
cipio & fine, cùm non possint esse
res habentes principium & finem quin
res æterna eis dederit esse.

6. Et , quando tua gloriosa Æter-
nitas , *Domine*, significatur humano.in-
tellectui per motum localēm qui est
in creaturis , tunc ipse intellectus in-
telligendo tuam gloriosam Æternita-
tem debet movere memoriam ad me-
morandum ipsam , & memoria & in-
tellectus debent movere voluntatem
ad amandum eam , & omnes tres de-
bent movere sensualitatem, ut ante tu-
um gloriosum Altare genuflectat &
elevet suos oculos & suas manus in
cœlum & dicat : gloria & laus & gra-
tia & benedictio sit tux sanctæ Æter-
nitati gloriosæ , quæ est perfecta &
infinita

7. c. *Virtuose Domine plene gratiam & benedictionem!* Intellectualiter intelligimus quod anima imaginando & cogitando se moveat intellectualiter a quibusdam rebus ad alias, quia uno tempore memorat & intelligit & amat aliquam rem, & alio tempore eam obliviscitur & ignorat & memorat & intelligit & amat aliam, & uno tempore memorat & intelligit aliquam rem, & disamat eam, & alio tempore amat illam rem, quam antea disamabat.

8. *Gloriose DEUS!* Intellectualiter intelligimus quod Angeli & dæmones se moveant intellectualiter de uno loco in aliud, quia sanctus Michaël uno tempore est in cœlo essentialiter, & alio in terra, & uno tempore est in oriente, & alio in occidente, & dæmones uno tempore sunt in terra ad decipiendum homines, & alio secum afferunt animas peccatorum in infernum.

9. Igi-

9. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-*
ne, secundùm hoc significatur huma-
no intellectui per motum intellectua-
lem quem habent animæ & Angeli &
dæmones necessariò oportere esse ali-
quam rem quæ sit æterna sínè prin-
cipio & fine, & dederit principium a-
nimabus & Angelis & dæmonibus; &,
quando ista res æterna significatur meo
intellectui per hanc demonstrationem,
tunc tuus servus filius tuæ ancillæ orat
& contemplatur tuam sanctam Æter-
nitatem gloriosam.

10. d. *O JESU Christe gloriose, qui*
natus es de gloria Virgine nostra Do-
mina sancta MARIA! Secunda pars est
augmentatio & diminutio: unde dici-
mus quòd sensualiter sentiamus & in-
tellectualiter intelligamus vegetabilia
& animalia moveri ad augmentum vel
diminutionem per alterationem quan-
titatis, quæ fit per generationem vel
corruptionem: igitur, cùm hoc ita
sit, iste motus significat in vegetabi-
libus & animalibus durationem duo-
bus

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 137
bus modis, quorum unus est quando
durant à principio in quo incipit in
eis generatio, usque ad tempus in quo
incipit corruptio, & aliis est quan-
do durant à principio in quo incipit
corruptio, usque ad finem in quo in eis
privatur forma.

ii. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia intellectualiter intelligi-
mus, animam intellectualiter sc move-
re ad augmentum vel diminutionem
actualitatis virtutum; quoniam, quò
plus virtutis habet anima actualiter me-
morando & intelligendo & volendo
justitiam, eò virtuosior est in se & eò
plus sapientiæ & boni habet; &, quò
minus virtutis habet anima in actu &
plus vitii, eò minus habet sapientiæ
& scientiæ & bonitatis: igitur, cùm
hoc ita sit, per hoc significatur quòd
motus intellectualis animæ duret in
virtutibus tantum quantum suæ virtu-
tes sunt in actu & sua vitia in po-
tentia, & duret in vitiis & peccatis
tantum quantum vitia sunt in actu &
virtutes in potentia.

12. Un.

12. Unde , cùm significetur huma-
no intellectui quòd motus quo cor-
pus movetur per corruptionem & per
generationem, & motus quo anima mo-
vetur intellectualiter de potentia in
actum, & de actu in potentiam in vir-
tutibus vel vitiis duret intra tempus
finitum & terminatum , per hoc sig-
nificantur , *Domine* , tua Æternitas quæ
dedit esse motui sensuali corporis &
motui intellectuali animæ: igitur , cùm
hoc ita sit , per hoc tuus servus qui
sensualiter & intellectualiter recipit dic-
tas significationes orat & laudat & con-
templatur ex omnibus suis viribus sen-
sualibus & intellectualibus tuam sanc-
tam Æternitatem gloriosam.

13. c. *Sanctificate Domine Salvator
noster* , qui es *Dominus super omnes Do-
minos* & *Amor super omnes amores!* *Ter-
tia pars est Alteratio*: unde dicimus
quòd sensualiter sentiamus & intellec-
tualiter intelligamus firmamentum in
suo motu alterare numerum suorum
dierum, quia motus quem habet in die
dominica

dominica non est motus quem habuit in die sabbati , & propterea firmamentum multiplicat numerum dierum in hoc quod habeat majorem numerum in die dominica, quam habuerit in die sabbati & habeat majorem numerum in die lunæ quam habuerit in die dominica.

14. *Gloriose DEUS ! Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, Domine , vegetabilia & animalia & lapides & montes & alias res clementatas alterari in quantitate & qualitate ratione materiæ quæ corrumpit & generat elementalem formam , & hoc facit materia eò quod forma prædictarum rerum non habeat virtutem nec proprietatem nec naturam effendi in ea sinè corruptione , & propterea forma venit ad privationem per quam est in materia alteratio formarum per alterationem earum de actualitate in potentiam & de potentia in actualitatem.*

15. *Et , quando humanus intellectus,*

140 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tus, *Domine*, recipit significationes
quas alteratio dat in creaturis, tunc
quærit in memoria significationes tuæ
gloriosæ Æternitatis; quia, nisi tua
Æternitas esset, non esset qui creasset
alterationem in creaturis sensualibus
nec in intellectualibus, quoniam nul-
la res alterabilis habet dignitatem es-
sendi per se ipsam, & omnis res fini-
ta per alterationem significat se habe-
re Creatorem & Dominum: igitur, cùm
hoc ita sit, propterea tuus servus o-
rat & contemplatur tuam sanctam Æ-
ternitatem gloriosam significatam &
demonstratam humano intellectui per
alterationem quæ est in creaturis.

16. f. *O Domine DEUS, qui das gra-*
tiam & benedictionem quibus vis! Sen-
sualiter sentimus & intellectualiter in-
telligimus firmamentum & suas partes
non alterari in forma nec in materia,
nec naturam sansualem alterari in in-
tellectualem, nec intellectuali in sen-
sualem, nec genera nec species, nec
individua alterari ad invicem; quia,
substan-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 141
substantia non alteratur in accidens,
nec species humana in speciem bestiæ,
nec Petrus in Guillielmum , & sic de
aliis rebus.

17. Unde, cùm non sit mutatio
nec alteratio in decem prædicamentis,
secundùm quod prædictum est, per
hoc significatur, *Domine*, quòd res
prædictæ non sint æternæ ; quia, si es-
sent æternæ, alterarentur infinitè aliæ
in alias, & sol alteraretur in lunam &
luna in firmamentum , & sic de gene-
ribus & speciebus & individuis ; quo-
niā, si in omnibus rebus esset altera-
tio & mutatio infinitè, omnes res al-
terarentur & mutarentur aliæ in alias
& mortui alterarentur in vivos & vivi
in mortuos infinitè : igitur, cùm hoc
sit contra id quod sentimus & intel-
ligimus, per hoc significatur humano
intellectui impossibile esse ullam mu-
tationem & alterationem esse æternam
& infinitam ; & per hanc impossibili-
tatem significatur quòd Tu solus sis
æternus.

18. *Virtuo-*

18. *Virtuose Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus sensus sensuales & intellectuales & tres virtutes animæ & quinque potentias non alterari nec mutari ad invicem; quia, visus non alteratur in auditum, & sic de aliis sensibus sensualibus, nec cogitatio alteratur in perceptionem, & sic de aliis sensibus intellectualibus, nec memoria alteratur in intellectum nec è converso, & idem est de voluntate, nec potentia vegetativa alteratur in sensitivam, & sic de aliis: igitur, cùm hoc ita sit, & quælibet istarum rerum duret in se ipsa, quin alteretur in aliam, & omnes sint alterabiles in quantitate & qualitate sicut supra diximus, per hoc significatur quòd res sensuales & intellectuales uno modo sint alterabiles & alio non, & per hoc significatur, *Domine*, tua incommutabilis & inalterabilis Æternitas quæ dedit alterationem creaturis in hoc quod voluit & eas sustinet ne alterentur alio modo, & per hoc tuus servus orat & contem-

19. g. *Pie Domine, in cuius pietate*
firmatur & confidit mea spes! Quarta
pars est *conservatio*: unde dicimus quod
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intelligamus formam in corpore ele-
mentato non posse conservari in du-
ratione aeternaliter, & hoc est ratio-
ne materiae ei subjectae, quae est com-
posita ex contrarietatibus: unde, cum
Mundus sit compositus ex naturis sen-
suali & intellectuali & animali, & in-
dividua corporalia elementata sint com-
posita ex contrarietatibus, per hoc sig-
nificatur quod Mundus non conserve-
tur per suam naturam & per suam pro-
prietatem, quia nulla forma compo-
sita, in qua sint contrariæ qualitates,
significat se posse habere conservatio-
nem à se ipsa: igitur, cum hoc ita sit,
per hoc significatur, quod conserva-
tio Mundi sit ab alio & non à se ip-
so, quod aliud est tua divina Aeternitas.

20 Sicut

20. Sicut in corpore elementato forma non venit à se ipsa , imò venit à materia quæ per suas contrarietates generat in se formam in qua se demonstrat , ita , *Domine* , forma non potest conservari per se ipsam in materia ; quia , si posset , non sineret se destrui & corrumpi à materia sibi subjœcta , quæ ita habet naturam corrupti formam , sicut generandi ipsam ; & , sicut contrarietas quam materia habet in se , in hoc quod sit composita ex quatuor qualitatibus universalibus , est ratio & causa formæ ut generetur & corrumperetur , ita elementalis materia est ratio & causa animæ ut non possit dare corpori naturam immortalem nec ipsum possit conservare perdurablem finè morte , & hoc est quia corpus non potest esse perdurablem subiectum ordinatum animæ , & ratione suæ inordinationis , oportet quod anima separetur ab eo , & ipsum necessariò moriatur .

21. Sensualiter sentimus & intellectuali-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 145
tualiter intelligimus, *Domine*, quòd forma habeat majorem nobilitatem in materia quando est in ea actualiter, quàm quando est in ea potentialiter, & hoc idem est de materia, quia multò plùs demonstratur per formam actualēm, que eam repræsentat, quàm per formam potentialem, quæ eam non repræsentat: unde, cùm forma non possit durare in actualitate, per hoc significatur quòd ipsa habeat defectum in se ipsa, & materia similiter; quia, si in forma & materia non esset defectus, sequeretur quòd forma esset & duraret semper in actualitate: igitur, cùm forma & materia habeant defectum, *Domine*, per defectum ipsarum significatur perfectio tuæ gloriæ Æternitatis, quæ dat formæ actuali tantam durationem & conservationem in materia, quantam vult, & per hoc tuus servus orat & contemplatur tuam sanctam Æternitatem gloriosam.

22. h. *O Domine DEUS, in quo mea*
K ani-

146 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
anima confidit & sperat! Sicut est ma-
jor concordantia & similitudo inter
animal & motum, quām inter vegetabile
& motum, ita significatur quòd du-
rabilitas & tua Æternitas convenient:
in natura, per quam convenientiam
significatur quòd motus non convniat
cum tua Æternitate, & per hanc dis-
convenientiam significatur quòd per-
manentia & tua Æternitas convenient:
igitur per hoc quòd firmamentum sit
mobile significatur ipsum non esse æter-
num & esse principiatum, & suum
principium significat quòd ipsum non
conservetur à se, imò conservetur ab
alio.

23. *Gloriose Domine!* Intellectuali-
ter intelligimus quòd in anima hominis
materia intellectualis non habeat na-
turam corrumperi formam intel-
lectualem, nec forma habeat naturam
destruendi se ipsam in materia, & hoc
est quia materia non est corporalis nec
composita ex contrariis qualitatibus,
& propterea quantum ad hoc non sig-
nifi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 147
nificatur quòd sua conservatio sit ab
alio ; sed , quia anima non potest uti
suis virtutibus sinè adjutorio corporis
quod oportet esse subiectum actualitati
earum , per hoc significatur quòd ani-
ma habeat defectum in conservando
suas virtutes in actu, quoniam per se
ipsam non potest eas habere in actu &
per defectum corporis oportet quòd
priventur actualitate: igitur , cùm hoc
ita sit , *Domine* , per prædictum de-
fectum significatur quòd anima non
conservetur à se ipsa sed ab alio , quod
est tua sancta Æternitas quæ eam con-
servat, ut ab ea cognoscatur sua excel-
lens nobilitas.

24. Unde , cùm probaverimus , *Do-
mine* , quòd Mundus quoad suam sen-
sualitatem & intellectualitatem & anima-
litatem non possit conservari à se ipso,
imò oporteat eum conservari ab alio ,
per hoc significatur humano intellectui
tua gloria Æternitas ; & propterea ,
quando ipse intellectus recepit signi-
ficationes per quas percipit tuam sanc-
tam

148 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tam Æternitatem, tunc cognitio, quam
habet de ipsa quæ sustinet omnes crea-
turas, obligat memoriam ad memo-
randum & voluntatem ad amandum
illam, & per hanc obligationem, ob-
ligat corpus ad osculandum terram &
ad elevandum oculos & manus ad cœ-
lum, & ad dicendum: gloria & virtus
& benedictio & reverentia & honor fiat,
Domine, tuæ perdurabili Æternitati.

25. i. *Essentialis Domine æterne, qui
es gloriosus in omnibus honorationibus!*
Quinta pars est perfectio: unde, cùm
perfectio & æternitas convenient & se
respiciant, & defectus & privatio con-
veniant & se respiciant, per hoc sig-
nificatur quòd omnis res quæ habeat
defectum in *esse* & non conservetur à
se ipsa det significationem de tua Æter-
nitate, quæ facit durare & conservat res
quæ non possunt durare & conservari à
se ipsis.

26. *Gloriose Domine!* Sicut per tempe-
ramentum & concordantium quatuor
qualitatum forma durat in materia,
ita

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 149
ita per perfectionem tuæ gloriose
Æternitatis & per gratiam & bene-
dictionem ipsius durant creaturæ; &,
sicut forma privatur in materia & non
potest multum durare in ea per con-
trarietatem & intemperamentum qua-
tuor qualitatum generalium ex quibus
materia est composita, ita quò plus
homo elongat significaciones signi-
ficantes tuam Æternitatem à suis sen-
sualitatibus & intellectualibus, cò
minùs durant in eo virtutes & bona
opera.

27. *Amoroſe Domine!* per hoc, quòd
non sentiamus sensualiter nec intelli-
gamus intellectualiter in tua Unitate &
Trinitate & in tuis Qualitatibus esse
ullum defectum, & sensualiter sentia-
mus & intellectualiter intelligamus in
omnibus creaturis esse defectum in
comparacione tuæ Perfectionis, signi-
ficatur humano intellectui Sanctos glo-
riæ esse duraturos perdurabiliter, ut
orent & contemplentur & cognoscant
perfectionem quæ est perdurable in
tua

150 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tua gloria Æternitate, & per istam
significationem significatur ipsi intel-
lectui damnatos esse duraturos in igne
perdurabili ut cognoscant perfectionem
tuæ Æternitatis: igitur, cùm hoc ita
sit, per hoc significatur quòd in alio
sæculo, boni & mali sint perdurabiles
ut perdurabiliter possit cognosci quòd
tua Æternitas non habeat finem &
habeat omnem perfectionem: igitur,
cùm hoc ita sit, beati erunt qui du-
rabunt in gloria, & miseri erunt qui
durabunt in poena, quia tantum du-
rabit sua duratio quantum tua infinita
Æternitas: igitur, qui vult esse ex be-
atis gloriæ, oportet quòd oret & con-
templetur & laudet & benedicat tuam
sanctam Æternitatem gloriosam, ut
in gloria ipsius duret perdurabiliter.

28. k. *O gloriose Domine gloriæ, qui
es gloria Sanctorum gloriæ!* Quia tuus
servus secundum suam potestatem re-
cepit significationes demonstrantes tuam
gloriosam Æternitatem, propter ea genu-
flectit & osculatur terram & elevat suas
manus & suos oculos ad cœlum dicendo

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 151
corde humili & devoto, & memorando
& intelligendo & amando: gloria &
laus & gratia & benedictio & reverentia
& honor fiat tux sanctæ Æternitati
gloriosæ, in qua sunt Infinitas & Vita
& Potestas & Sapientia & Gloria & per-
fectio infinitè.

29. *Honorata Æternitas gloria!*
Sicut tuus servus Te orat in hoc, in
quo Te potest memorare & velie se-
cundum cognitionem quam habet de
Te suus intellectus, ita ,*Domine*, ipse
Te orat in hoc quod suus intellectus
non potest percipere de gloria Per-
fectione quæ est in Te; quia in hoc,
quod omnes creaturæ dent signi-
ficationem de tua Æternitate, & in hoc
quod ipsæ sint majores quā meus in-
tellectus & in hoc quod tua Æternitas
sit major in virtute & bonitate quā
significationes quas creaturæ possunt
dare de ipsa, Te orat meus intellectus
quando hoc. intelligit & mea memoria
quando hoc memorat, & mea voluntas
quando hoc amat, & mea lingua quan-
do hoc dicit.

30.

30. Quia tua sancta Æternitas glorioſa , Domine , eſt adeò alta & adeò excellens quòd nulla creatura poſſit ſufficere ad tantum orandum & contemplandum eam quantum ipſa eſt digna orari & contemplari , propterea tuus ſervus tacet id quod non potheſt dicere & ignorat id quod non potheſt intelligere de excellenti nobilitate ipſius , & propterea conatur quantum potheſt eſſe virtuosus , ut in eo cognoscatur tua pia Mifericordia divina,

CAPUT CCCXXII.

Quomodo homo oret & contempletur glorioſam Potestatem nostri Domini DEI.

i. **D**EUS iuste vere digne omni rea. **D**verentia & honore ! Qui vult orare & contemplari tuam sanctam Potestatem glorioſam , oportet , Domine , quòd eam oret & contempletur oratione & contemplatione ſensuali & intel-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXII. 153
intellectuali , & si fatigetur ex oratione & contemplatione sensuali & intellectuali , ponat ambas orationes in tertia figura orationis , vel si fatigetur ex oratione sensuali , oret oratione intellectuali quæ est virtuosior & aptior ad durandum & continuandum quam sensualis.

2. *Gloriose Domine!* quia tua gloria Potestas est in tua sancta Unitate & Trinitate & in tuis Virtutibus & in tuis operibus perfectè , propterea qui vult eam orare & contemplari , oportet quod eam memoret & intelligat & amet in omnibus prædictis rebus ; quia , per memoriam & intelligentiam & voluntatem , quas anima habet de tua sancta Potestate gloria in tua Unitate & Trinitate & in tuis Virtutibus & in tuis operibus , eam orat & contemplatur.

3. Quia tua sancta Potestas , *Domine DEUS* , creavit omnem potestatem quæ est in creaturis , & ab ea beneficiatur & sustinetur & aggratiatur omne

154 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol.III.*
ne bonum & omnis gratia & omnis
potestas creaturarum; propterea vo-
lentem orare & contemplari tuam,
sanctam & justam Potestatem, oportet
quod in omni potestate & bono &
gratia & beneficio creaturarum eam
oret & compleetur, memorando &
intelligendo & volendo & laudando &
dicendo, quod omnes creaturæ & to-
ta potestas quæ est in eis beneficien-
tur & obligentur ad significandum &
demostrandum humano intellectui tu-
am sanctam & mirabilem Potestatem.

4. b. *O Domine, qui es meus Crea-
tor & meus Dominus & meus DEUS!*
Sensualiter sentimus & intellectualiter
intelligimus creaturas habere potesta-
tem, quia firmamentum habet po-
testatem movendi se, & corpora cœ-
lestia habent potestatem super terrena,
& clementia possunt componere ve-
getabilia & animalia & metalla, & ve-
getabilia possunt dare vitam animali-
bus, & animalia possunt se movere &
facere opera artificialia, & metalla ha-
bent

Lib. Dist. XL. Cap. CCCXXII. 155
bent potestatem , sicut sal dandi sa-
porem & ferrum scindendi , & sic de
aliis , & animalia rationalia habent
potestatem super species quæ sub eis
sunt, & habent potestatem memoran-
di & intelligendi & volendi suum
gloriosum DEUM.

5. Intellectualiter intelligimus , *Do-
mine* , quòd anima rationalis habeat
potestatem utendi quinque sensibus in-
tellectualibus & dandi perfectionem &
complementum corpori in hoc quòd
ipsa sit complementum quinque sen-
suum sensualium : igitur , cùm omnes
istæ potestates significantur humano in-
tellectui , per omnes ipsas datur ei cog-
nitio de tua gloria Potestate , ut sit
occasionatus & directus ad orandum &
contemplandum eam.

6. Unde benedictus sis , *Domine
DEUS* ; quia , sicut homo facit no-
dum in cingulo , ut sensualitas nodi sit
ei occasio memorandi aliquam rem , ita
potestates & impossibilitates quæ sunt
in creaturis quando significantur huma-

no

156 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol.III.*
no intellectui , sunt ei occasio & di-
rectio, ut habeat cognitionem de tua
sancta Potestate gloria ; quoniam
per hoc , quod firmamentum habe-
at potestatem movendi se & careat
potestate memorandi & intelligendi &
volendi , & clementia habeant potes-
tatem componendi & dissolvendi cor-
pora clementata & careant potestate ra-
tioneerandi , & vegetabilia habeant po-
testatem in quibusdam rebus & non
in aliis, & similiter animalia & meta-
lla , significatur humano intellectui tua
sancta Potestas quae dedit potestatem
ad id quod vult , & non ad id quod
non vult : igitur, cum in hoc significe-
tur omnis potestas, per hoc significatur
tua sancta Potestas quae potest omnia
quae vult; & propterea, *Domine*, quando
homo recepit significationes significan-
tes tuam sanctam potestatem infinitam,
tunc debet eam orare & contemplari
ex omnibus suis viribus sensualibus &
intellectualibus.

7. c. *O Domine , qui es perfectio mea-*
rum

rum perfectionum & complementum meorum complementorum! Cùm sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus in creaturis esse potestatem & impotentiam, per hoc formantur humano intellectui duæ significationes significantes tuam sanctam Potestatem gloriosam, quarum una est potestas quæ est in creaturis, & alia, impotentia quæ est in eis, secundùm quod prædiximus; & istæ duæ significationes formantur in hoc quòd Tu habeas potestatem in omnibus rebus in quibus vis eam habere, & in hoc quòd nulla creatura habeat potestatem nisi in quantum tua Potestas ei concedit.

8. Cùm sit concordantia & similitudo & propinquitas inter potestatem & *esse*, *Domine*, & creature careant aliqua potestate, per hoc significatur tua perfecta Potestas; quia in hoc, quòd potestas & perfectio invicem se respiciant, & impotentia & defectus etiam, potestas & *esse* se invicem respiciunt, & impotentia & privatio similiter: igitur,

158 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tur, cùm hoc ita sit, per hoc significatur tua perfecta Potestas, in defectuosa potestate creaturarum; quia, si defectuosa potestas est in defectuoso *esse*, quantò plùs perfecta Potestas est in perfecto *esse*, & perfectum *esse* in perfecta potestate? &, si hoc ita non esset, & esset oppositum, potestas & *esse* haberent convenientiam cum *non esse* & defectu, & *non esse* & impotentia haberent convenientiam cum perfectione & *esse*, quod est impossibile.

9. *Gloriose Domine!* Quando tuus servus orat & contemplatur tuam perfectam Potestatem memorando & intelligendo & amando prædictas significaciones, quæ eam significant, facit ei reverentiam & honorem & genuflexus osculatur terram & elevat suas manus & suos oculos & suum cor ad ipsam tuam sanctam Potestatem gloriosam eam orando & contemplando & dicendo: omnis gloria & omnis honor & omnis reverentia fiat tuæ sanctæ Potestati gloriosæ, *Domine DEUS*, à qua reci-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXI. 159
recipiunt gratiam & benedictionem om-
nes potestates & in qua confidit & spe-
rat tuus servus & non in ulla alia po-
testate.

io. d. *O Domine, qui facis tuam sanc-*
tam Potestatem timeri ab omnibus crea-
turis! Sensualiter sentimus & intellec-
tualiter intelligimus quod homo habe-
at potestatem essendi injiosus & lu-
xuriosus & proditor & falsus & igna-
rus & oblivious & peccator & sic de
similibus; &, quando humanus intel-
lectus inquirit in memoria significatio-
nes perfectæ potestatis, tunc percipit
prædictas potestates non esse potestates
imò esse defectus potestatis in justitia
& castitate & fidelitate & in aliis virtu-
tibus; quia, si homo perfectè haberet
potestatem in istis virtutibus, esset ei
impossibile posse facere ullum pecca-
tum.

ii. Sed, quia homo, *Domine*, ha-
bet defectum justitiae per voluntatem
quæ plùs amat facere injuriam quam
justitiam, & habet defectum fidelita-
tis

160 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tis & castitatis & sic de aliis defectibus, habet defectum potestatis qui ei
venit à voluntate, quæ plus amat vitia
quàm virtutes, & propterea accidentaliter est in homine potestas peccan-
di per defectum virtutum, qui est in
potestate & voluntate ipsius, quæ non
vult uti potestate quam posset habere:
igitur, cùm hoc ita sit, per hoc sig-
nificatur humano intellectui tua Potes-
tas quæ potest in tua Voluntate & Jus-
titia & Veritate & Sapientia & Amo-
re & Perfectione, & cui est impossi-
bile velle injuriam & falsitatem aut ul-
lum vitium & peccatum: igitur, cùm
hoc ita sit, hæc impossibilitas, *Domi-
ne*, significat tuam sanctam Potestatem
gloriosam.

12. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut speculum obliquum
falsò & contra veritatem repræsentat
rectam figuram, ita, quando homo
dicit quòd Tu non possis facere pecca-
tum, sensualitas quæ hoc dicit, dat fal-
sam significationem de tua gloria Po-
testate

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXII. 161
testate; &, sicut intellectus hominis se
aspicientis in speculo se dirigit per hoc
quòd sciat speculum esse obliquum,
& suam faciem non esse obliquam, &
affirmat id quod scit in se, & non affir-
mat id quod speculum ei significat, ita,
Domine, humanus intellectus, quando
memoria memorat & voluntas vult
quòd tua Voluntas possit velle & habe-
re virtutes, tunc se dirigit per suam na-
turam, & per naturam memoriæ & vo-
luntatis, & non consentit sensualitati
quæ dicit, quòd Tu non sis potens,
& hoc quod sensualitas vocat impoten-
tiam intelligit esse perfectam Potesta-
tem: igitur, quando benedicta anima
hoc memorat & intelligit & vult mo-
do prædicto, tunc orat & contempla-
tur tuam sanctam Potestatem gloriosam
quam memorat & intelligit & amat vir-
tuosam.

13. e. *O Cœlestis Pater gloriose, com-*
plementum omnium meorum amorum! Si-
cum rota movetur à Potestate aquæ, &
mola movetur à potestate rotæ, ita,
L
Domine;

162 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
Domine; omnis potestas quam habent
creaturæ faciendi bonum, movetur à tua
Potestate, & oportet quod potestas
quam habent faciendi peccatum non
moveatur ab ipsa; quia aliter significa-
retur tuam Voluntatem non habere jus-
titiam nec veritatem nec amorem nec
sapientiam nec perfectam potestatem:
igitur, cùm sit impossibile ullam tua-
rum Virtutum habere defectum potes-
tatis in tua Voluntate, per hoc signi-
ficatur esse valde magnam & glorio-
sam tuam Potestatem, à qua veniunt om-
nia bona & à qua non possunt venire
ulla peccata.

14. . *Gloriose Domine!* Sicut tua Po-
testas dat significationem de sua perfec-
tione, quando demonstrat intellectus ab
ea venire omnem potestatem quæ sit
ad bonum, ita dat significationem de
ipsa sua perfectione, quando demonstrat
ipso intellectui potestatem quam homo
habet faciendi peccatum quando il-
lad facit, non venire ab ipsa; quia, si-
cūt homo proditor qui ictu lapidis oc-
cidit

cidit suum Dominum habet potestatem occidendi eum, cò quòd habeat defectum fidelitatis in sua voluntate, ita & adhuc multò melius Tu habes potestatem non volendi illam falsitatem quam vult ille proditor: igitur, si cut lapis & suus motus sunt à tua Potestate quæ creavit lapidem & ei dedit potestatem occidendi hominem per suum motum, ita, *Domine*, voluntas & falsitas quam proditor habet in faciendo malum, non est à tua Voluntate nec à tua Potestate, quia aliter tua Voluntas & voluntas proditoris concordarent, quod est impossibile; & per hanc impossibilitatem significatur humano intellectui, à tua gloriosa Potestate non venire ullum peccatum & ab ea venire omne bonum quod fuit & est & erit.

15. Unde, quando anima, *Domine*, memorat & intelligit & amat tuam Potestatem isto modo, & recipit omnes significations per quas potest habere modum & opportunitatem memorandi & intelligendi & volendi ipsam perfectè,

164 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
fecte , tunc est plena & perfecta oratio-
ne & contemplatione in sua memoria
& in suo intellectu & in sua voluntate:
igitur , cum hoc ita sit , qui opinantur
peccatum venire a Te , si volunt orare
& contemplari Te , Domine , in tua
Potestate , sciant memorare & intelligere
& velle quomodo ipsa ita possit face-
re quod a Te non veniat ullum pecca-
tum , sicut potest facere quod a Te ve-
niat omne bonum .

16. f. Magne Domine super omnes mag-
nitudines , qui es bonus super omnes
bonitates ! Intellectualiter intelligimus
quod Petrus habeat potestatem intrandi
in paradisum per tuam Potestatem , &
Guillielmus habeat potestatem intrandi
in infernum per defectum potestatis , in
hoc quod non velit habere per tuam
Potestatem perfectionem potestatis in-
trandi in gloriam ; quia , sicut rota per
potestatem aquae habet potestatem mo-
vendi molam , ita Petrus per tuam Po-
testatem habet potestatem faciendi bo-
num ; & , sicut rota per suam potesta-
tem ,

Lib. Dist. XL. Cap. CCCXXII. 165
tem , sive potestate aquæ , non potest
movere molam , ita Guillielmus pecca-
tor per hoc , quod per suam potesta-
tem velit operari quin velit quod sua
potestas recipiat potestatem à tua Po-
testate in faciendo bonum , non potest
per suam potestatem intrare in paradi-
sum , & per defectum potestatis habet po-
testatem intrandi in infernum .

17. Unde benedictus sis , *Domine*
DEUS , quia potestas quam Petrus ha-
bet faciendi bonum per tuam Potesta-
tem non est similis potestati quam Gui-
llielmus habet faciendi malum per de-
fectum potestatis , eò quod potestas
quam Petrus habet faciendi bonum ve-
niat à tua Potestate quæ dat sapientiam
& justitiam & misericordiam & verita-
tem & alias virtutes per quas voluntas
Petri habet potestatem , per quam vult
potestatem suæ scientiæ & suæ justitiæ
& aliarum virtutum ; sed potestas quam
Guillielmus habet faciendi malum non
est ita , quia per hoc quod Guillielmus
non velit nec amet justitiam nec sapien-
tiam

166 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tiam nec bonitatem nec misericordiam,
& amet vitia contraria istis virtutibus,
deficit in sua voluntate potestas virtu-
tum, eò quòd sua voluntas non velit
habere hanc potestatem & velit potes-
tam vitiorum ; & , quia vult injuriam
& falsitatem & proditionem & alia vi-
tia , propterea uno modo in sua volun-
tate generatur defectus potestatis vir-
tuosæ , & alio modo generatur in ea
potestas vitiosa.

18. Igitur , cùm hoc ita sit , quan-
do tuus servus , *Domine* , memorat &
intelligit & amat tuam Potestatem esse
ad eò nobilem , quòd omnis potestas
quam Petrus habet faciendi bonum ve-
niat ab ea , & omnis potestas quam Gui-
llielmus habet faciendi malum quando
ipsum facit non veniat ab ea , nec à tua
Voluntate , (verum tamen est quòd tua
Potestas & Sapientia & Voluntas dent
Guillielmo liberam voluntatem ante-
quam faciat malum , sed quando ip-
sum facit , non facit illud per tuam Vo-
luntatem & Potestatem , quia aliter es-
set

Lib. IV. Dist. XL. Cap. CCCXXII. 167
set desectus potestatis in tua Sapientia
& Voluntate , quod est impossibile)
tunc memorando & intelligendo & vo-
lendo orat & contemplatur ipsam tu-
am Potestatem à qua venit omne bo-
num, & à qua non venit ullum pecca-
tum nec culpa.

19. g. *Domine , qui es consolatio mee-
anime quando memorat tuam Miseri-
cordiam infinitam & mea peccata fini-
ta !* Quando homo cogitat quo modo
Adam peccaverit & mortuus sit , &
intellexcus non intelligit nec memoria
memorat tuam Potestatem habere vir-
tutem & vim per quam potuerit or-
dinare & dirigere quod ipse non pec-
caverit de necessitate sed per liberam
voluntatem , & quod mortuus sit per
justitiam quæ eum punivit propter suam
culpam , tunc significatur intellectui
falsa significatio & demonstratio per
quam ipse recipit figuram & similitudi-
nem & opinionem quod Adam pcc-
caverit de necessitate per tuam Potesta-
tem quæ eum constrinxit.

o2. Sed ,

20. Sed , quando intellectus , *Domine* , dum ei significatur hæc falsa similitudo & opinio inquirit in memoria , quæ memorat quomodo tua Potestas sit adeò potens, quòd potuerit ordinare quòd Adam non peccaret constrictè nec de necessitate, imò peccaret per liberam voluntatem , tunc intelligit per memoriam quæ ita memorat tuam Potestatem, Adam non peccasse per tuam Potestatem quæ cum coegerit , & per hanc demonstrationem & manifestationem disparet ab intellectu falsa opinio & significatio quæ erat in eo falso figurata , per hoc quòd memoria non memoraret perfectè tuam Potestatem.

21. Unde benedicta sit , *Domine DEUS* , tua sancta Potestas gloria , cuius natura & proprietas , eò quòd sit divina , est , quòd omne bonum quod sit à creaturis fiat ab ea , & nullum peccatum & culpa fiat ab ea nec à tua Voluntate ; quoniam , sicut peccatum & culpa habent defectum potestatis in justa voluntate & sapientia , ita tua Potes-

Potestas habet perfectionem in justa voluntate & sapientia, quam perfectionem non haberet si ab ea veniret defectus & culpa: igitur, cum hoc ita sit, qui vult orare & contemplari tuam sanctam Potestatem gloriosam, oportet quod isto modo eam sciat memorare & intelligere & velle.

22. h. *Gloriose Domine, qui es gloria tuorum servorum!* Si firmamentum non esset adeò magnum & adeò velox in suo motu, nulla res esset quæ significaret adeò magnam magnitudinem sensualem in materia & in forma & in motu sicut nunc quando firmamentum sentitur in sua magna magnitudine in materia & in forma & in velocitate, & similiter si Tu non essemus incarnatus non esset qui significaret humano intellectui adeò magnam magnitudinem Potestatis esse in Te, sicut significatur per hoc quod sis incarnatus; &, quia tua Potestas melius significatur, & demonstratur major per tuam Incarnationem, per hoc significatur ipsa tua Incarnatio.

23. Un.

23. Unde benedictus sis , *Domine DEUS*; quia , sicut oportuit quòd Te incarnares ad demonstrandum nobis tuam magnam Potestatem , ita per hanc demonstrationem Potestatis significatur tua Sapientia & tuus Amor per hoc quòd Tibi placuerit per Incarnationem demonstrare adèò magnam magnitudinem Potestatis & Sapientiæ & Voluntatis , quoniam nullo alio modo posset humanus intellectus recipere cognitionem de tanta magnitudine in tua Potestate & Sapientia & Voluntate, sicut per unionem & coniunctionem & Incarnationem Creatoris cum creatura, quin creatura det alterationem Creatori, nec Creator creaturæ: igitur , cùm hoc ita sit , qui vult orare & contemplari tuam gloriosam Potestatem , sciat eam cognoscere & intelligere in sua magna magnitudine per significaciones quæ eam significant valde magnam in sancta Incarnatione gloriofa.

24. Qui vult orare & contemplari ,
Domine,

Domime, valde vehementer tuam gloriosam Potestatem, sciat memorare & intelligere & velle quomodo ipsa dederit magnam potestatem tuæ sanctæ Humanitati; quia inter omnes potestates quæ sunt datæ omnibus creaturis non est tanta magnitudo potestatis in justitia nec in misericordia nec in sapientia nec in amore nec in humilitate nec in bonitate nec in ulla alia virtute, quanta est in sola tua sancta Humanitate, quoniam ipsa, *Domine*, recipit à tua divina Potestate, potestatem quæ est major quam sit tota potestas quam ab ea recipiunt omnes aliæ creaturæ: igitur, cùm hoc ita sit, per hoc significatur quod sancta Fides Christianorum sit in veritate; quia, si ipsa non esset vera & esset vera fides in qua tua Potestas non significatur humano intellectui adeò magna, in Te esset defectus potestatis & sapientiae & voluntatis in hoc quod non posuisses in veritate rem quæ significat majorem tuam Potestatem, quod est impossibile.

172 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III,
25. i. O Domine DEUS, qui es con-
solatio & confortatio meæ anime! Qui
vult orare & contemplari tuam sanc-
tam Potestatein, sciat memorare & in-
telligere & velle quomodo ipsa sit po-
tens in creaturis, quia ipsa facit in eis
quidquid vult tua Voluntas, & scit tua
Sapientia, & non facit quidquam quod
tua Sapientia sciat non debere esse vo-
litum à tua Voluntate, scilicet culpam
& peccatum quod tua Sapientia scit non
esse volitum à tua Voluntate: unde,
quando homo ita mcmorat & intelligit
& amat tuam Potestatem & Sapienti-
am & Voluntatem, & memorat & in-
telligit & amat nullam creaturam nec
omnes simul habere tantam potesta-
tem quanta est tua, tunc orat & con-
templatur ipsam tuam gloriosam Po-
testatem.

26. Quando benedicta anima, Do-
mine. scit prædicto modo orare & con-
templari tuam gloriosam Potestatem,
tunc significatur ei tua gloria Trini-
tas; quia per hoc, quod tua Potestas
pos-

possit omne bonum quod scit tua Sapientia, & tua Voluntas non possit velle peccatum quod scit tua Sapientia, significatur in tua Deitate diversitas Personarum quæ sunt tres proprietates ab invicem diversæ; quoniam, si diversitas Personarum non esset in tua Substantia, omne malum quod scit tua Sapientia, vellet tua voluntas; &, si ita esset, Tu esse peior omni creatura, eò quod nulla sapientia creata sciat tantum quantum tua, & ideò sequeretur quod tua Voluntas esset melior & peior omni Voluntate creata, quod est impossibile.

27. Qui vult orare & contemplari,
Domine DEUS, tuam gloriosam Potestatem, sciat recipere significationes quas creaturæ de ea dant humano intellectui; quia, quando homo scit recipere istas significationes, tunc percipit & intelligit majorem esse tuam Potestatem in creando minimam partem terræ & in faciendo unum florem, quam sit omnis potestas quam habent homines & demones

174 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
mones in faciendo peccatum: igitur,
cùm tot sint homines & dæmones &
tot sint peccata quæ fecerunt & faciunt
& facient, quis est qui posset æstimare
magnam magnitudinem tuæ sanctæ Po-
testatis gloriosæ? igitur, cùm hoc ita sit
& tua Potestas sit adeò magna, quare
amat & laudat & timet homo ullam a-
liam potestatem nisi tuam?

28. k. *Domine sapiens in omni tua
Potestate, Domine potens in omni tua
Sapientia!* Quando sanctus homo co-
gitat & perpendit quomodo anima per-
tuam Potestatem possit esse substantia-
liter per totam longitudinem & lati-
tudinem & profunditatem corporis, quin
habeat longitudinem nec latitudinem
nec profunditatem in se ipsa, tunc sig-
nificatur suo intellectui tuam glorio-
sam substantiam habere potestatem es-
sendi in omni loco, quin habeat in se
longitudinem nec latitudinem nec pro-
funditatem; quia, si tua potestas hoc
potest in alio, significatur quòd hoc
possit in Te: igitur, cùm hoc ita sit
per

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXII. 175
per has significaciones receptas in suo
intellectu orat & contemplatur ho-
mo tuam sanctam Potestatem glorio-
sam.

29. *Gloriose DEUS!* Quando bne-
dicta anima scit memorare & intellige-
re & amare quòd tua Potestas ei suffi-
ciat ad omnia sibi necessaria, & quòd
si adhuc esset multò major & melior
etiam ei sufficeret tua Potestas, & quòd
quantumcunque major & melior esset
semper ei sufficeret tua Potestas, &
quando ipsa scit memorare & intelli-
gere quòd si tua Potestas non esset a-
deò magna sicut est, non posset suffice-
re ad complendum sua desideria nec
ad dandum ei infinitam & æternam
gloriam, tunc orat & contemplatur tu-
am gloriosam Potestatem, valde placita
& grata oratione & contemplatione. E-
tiam, quando benedicta anima, *Domi-
ne*, scit memorare & intelligere & a-
mare quòd æquè potens es in cre-
ando & in justitia & in misericordia
& in humilitate & in patientia ante-
quam

176 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
quam Mundus esset sicut nunc quando
Mundus est, tunc orat & contemplatur
tuam sanctam Potestatem infinitam.

30. *Excellens Potestas gloria sa!* Quò
plus anima Te memorat & intelligit &
amat, eò majorem Te memorat & in-
telligit, & quò majorem Te potest me-
morare & intelligere & velle, eò ma-
jorem habet potestatem justitiae & mi-
sericordiae & sapientiae & amoris & hu-
militatis & omnium aliarum virtutum,
& quò minus Te scit memorare & in-
telligere & amare, eò minus potestatis
habet in virtutibus & eò majorem po-
testatem habet in vitiis: igitur, quan-
do anima, *Domine*, scit orare & con-
templari tuam sanctam Potestatem glo-
riosam isto modo, tunc habet potesta-
tem gratiae & benedictionis ab ipsa
tua gloria Potestate
divina.

CAPUT

CAPUT CCCXXIII.

*Quomodo homo oret & contempletur glo-
riosam Sapientiam nostri Do-
mini DEI.*

1. **O** DEUS æterne infinite, qui es vi-
ta omnium vitarum & gratia
omnium gratiarum! Qui vult orare &
contemplari tuam sanctam Sapientiam
gloriosam, oportet, *Domine*, quod sci-
at formare & figurare orationem in fi-
gura sensuali & in intellectui & in com-
posita ex ambabus, oratione & con-
templatione quæ sit conveniens & gra-
ta tuæ sanctæ & perfectæ Sapientiæ.

2. Cùm tua sancta Sapientia, *Do-
mine*, sit in tua sancta Unitate & Tri-
nitate & in omnibus tuis Virtutibus,
qui vult eam orare & contemplari o-
portet quod æqualiter eam oret & con-
templetur in tua Unitate & in tua Tri-
nitate & in tuis Virtutibus; quia, qui
tuam Sapientiam orat in tua Unita-

M

te

178 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
te & non in tua Trinitate, & negat
in Te Trinitatem, in negatione tuæ
Trinitatis destruit orationem quam fa-
cit in tua Unitate, eò quòd tua Sapi-
entia sit ita verè in tua Trinitate si-
cut in tua Unitate.

3. Unde benedicta sit, *Domine DE-*
US, tua sancta Sapientia gloriosa; quia,
quando homo ordinavit suas sensua-
litates & suas intellectualites ad oran-
dum & contemplandum eam, tunc
debet dividere suam orationem in octo
partes, quæ sunt perfectio, creatio,
ordinatio, aetio, tres virtutes animæ,
occasio, Incarnatio, & sacrificium,
quia per istas octo partes diversas po-
test homo orare & contemplari tuam
benedictam Sapientiam dummodo sci-
at eas concordare in tribus figuris, in
quibus formatur & figuratur oratio.

4. b. *Benigne Domine plene & abun-*
dans omnibus benedictionibus! Sensuali-
ter sentimus & intellectualiter intelli-
gimus quòd, quò diutiùs & in pluri-
bus & diversioribus rebus utitur ho-
mo.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 179
mo suis sensibus sensualibus & intel-
lectualibus , eò plus sit suus intellectus illuminatus sapientiâ ; quia per hoc ,
quod senes in multis & diversis rebus usi sint suis sensualitatibus & intellectualitatibus , sunt expertiores & sacerdotes juvénibus , qui non tan diu , nec in tot rebus usi sunt suis sensualitatibus & intellectualitatibus .


5. Igitur , qui vult orare & con-
templari , *Domine* , tuam gloriosam Sa-
pientiam , sciat recipere significationes
sensuales , ut sciat recipere significatio-
nes intellectuales illam significantes ;
quia , si per multimodè videre & au-
dire & tangere & gustare & odorari
& cogitare & percipere , est in homi-
ne magna sapientia , quantò plus est
tua Sapientia major quam sapientia
hominum , cùm tua Sapientia sit æter-
na & infinita ? & , si sapientia homi-
nis est in esse , licet sit finita & ter-
minata & non sufficiat ad sciendum
omnes res , quantò plus dignum est
quod sit in esse Sapientia infinita &
æterna

180 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
æterna & perfecta in omnibus per-
fectionibus.

6. *O sancta gloria Sapientia divi-
na!* Sensualiter sentimus & intellectua-
liter intelligimus visum intellectualem
esse multò meliorem sensuali, quia
Petrus non potest visu sensuali videre
in Guillielmo nisi colorem & figuram
corporis, & visu intellectuali videt in
eo colorem & figuram & superficiem
& materiam & animam & corpus: igi-
tur, cùm hoc ita sit, qui tuam sanc-
tam Sapientiam vult orare & contem-
plari, oportet quòd visu intellectuali
sciat videre Te in tua intellectualita-
te, ad quām non potest sufficere visus
sensualis.

7. c. *O Divina Sapientia, quæ signi-
ficas sanctam Personam Filii quæ assump-
xit carnem à nostra Domina sancta MA-
RIA Virgine gloria!* Prima pars est
perfectio: unde dicimus, *Domine*, quòd
intellectualiter intelligamus humanum
intellectum eò plus esse in sua virtute
& in sua perfectione, quòd plus utilitas
rebus

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 181
rebus intellectualibus sibi similibus in natura, quām rebus sensualibus sibi dissimilibus; quia, sicut homo majorem vim corporalem impendit in elevando magnum pondus à terra, quām in elevando unam paleam, ita intellectus plus utitur sua virtute & sua perfectione quando in imaginatione intellectualiter figurat figuram quinque angulorum, quām quando figura fit sensualiter, quoniam major subtilitas est intelligere figuram quinque angulorum figuratam intellectualiter ab A ad B & à B ad C & à C ad D & ad D ad E & ab E ad A, quām quando figura est figurata sensualiter & homo eam intelligit sensualiter secundūm istam figuram.



8. Unde, sicut humanus intellectus habet majorem sapientiam & virtutem & perfectionem in se ipso quando utitur figura intellectuali, quam quando utitur sensuali, ita, *Domine*, & adhuc multò melius sine omni comparatione habet plus sapientiae in se ipso quando intelligit tuam sanctam sapi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 183
sapientiam increatam, quām quando intelligit ullam creaturam intellectuēm,
& hoc est ratione magnæ nobilitatis &
bonitatis & virtutis quæ sunt in tua ex-
cellenti Sapientia gloriosa, à qua reci-
pit ipse intellectus majorem Sapienti-
am & majorem perfectionem quando
eam intelligit, quām quando intelligit
quamcunque rem creatam.

9. Unde benedicta sit, *Domine DE-*
US, tua sancta Sapientia gloriosa quæ
dat humano intellectui majorem perfec-
tionem & majorem virtutem quando
eam intelligit quām, quando intelligit
ullam creaturam: igitur, quando ani-
ma hoc memorat & intelligit & amat,
tunc contemplatur & orat tuam glo-
riosam Sapientiam; &, quando lingua
dicit id quod anima memorat & intel-
ligit & amat de illa, tunc homo sensua-
liter orat & contemplatur ipsam tuam
perfectam & gloriosam Sapientiam.

10, d. *Magne Domine super omnes mag-*
nitudines, cui sit gloria & virtus &
honoratio, & omni quod à Te est! Se-
cunda

cunda pars est *creatio*: unde dicimus quod volentein orare & contemplari tuam sanctam sapientiam gloriosam, oporteat sensualiter & intellectualiter cognoscere quomodo creaturæ sint multæ & magnæ & proficuae & ordinatae; &, quando hoc cognoverit sensualiter, & intellectualiter, sciat cognoscere quomodo nulla creatura possit creare quidquam, nec inter omnes possunt tantum facere, quantum tua gloriosa Sapientia facit in una sola creatura.

ii. *Gloriose Domine ! Qui vult orare & contemplari tuam Sapientiam, sciatur intelligere & videre quomodo creaturæ sint pulchræ in figura, sicut pulchritudinem firmamenti & stellarum & solis & lunæ & vegetabilium & animalium & metallorum ; &, postquam pulchritudinem omnium istarum rerum figuraverit in suo intellectu, sciat figurare in eo ordinationem & scientiam quam habent creaturæ per tuam Sapientiam, quæ eis dedit pulchritudinem & ordinationem & astutiam & industriam*

am & omnes alias res eis proficias.

12. Unde benedicta sit, *Domine Deus*, tua sancta Sapientia gloriosa; quia, quando benedicta anima memorat & intelligit & amat quomodo omnis pulchritudo & omnis virtus & omnis sapientia & omnis ordinatio, quæ sunt in creaturis veniant à tua Sapientia, & memorat & intelligit & amat pulchritudinem & virtutem & sapientiam & ordinationem creaturarum, & corpus scit omnes istas res dicere, tunc anima & corpus orant & contemplantur tuam sanctam Sapientiam gloriosam; &, quando anima & corpus, *Domine*, orant & contemplantur tuam Sapientiam per demonstrationem quam de ea dant creaturæ, tunc humanus intellectus potest altius ascendere ad orandum & contemplandum ipsam, memorando & intelligendo & amando excellentem nobilitatem quam demonstrat de se ipsa in se ipsa; quia, si per creaturas se demonstrat adeò altam & nobilem, quantò plus altam & nobilem se demonstrat in se ipsa per se ipsam?

I 3. c.

186 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
13. c. Director Domine & amator om-
nium illorum qui Tibi faciunt reveren-
tiam & honorem! Tertia pars est ordina-
tio: Uude dicimus quòd volentem ora-
re & contemplari tuam sanctam Sapientiam glorio-
sam, oporteat memorare
& intelligere & velle magnam ordina-
tionem quam ipsa posuit in creaturis
sensualibus & intellectualibus, sicut est
ordinatio quæ descendit à generibus ad
species & à speciebus ad individua &
de uno individuo in aliud secundum
quod significatur quinque sensibus sen-
sualibus & quinque intellectualibus, qui
omnes non sufficiunt ad recipiendum
omnem ordinationem quam posuisti in
creatulis.

14. Quando anima, *Domine*, scit me-
morare & intelligere & velle quomodo
Tu ex ordinatione & inordinatione fe-
ceris ordinationem in Mundo, tunc sig-
nificatur suo intellectui tuam Sapientiam
esse in valde magna nobilitate & in valde
magna excellentia; quia intelligere quòd
Tu ordinaveris unam rem una ordina-
tione

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 187
tione vel duabus vel pluribus non est
valde mirum, sed intelligere quod or-
dinaveris Mundum ordinatione, & inor-
dinatione in quam accidentaliter ceci-
dit ipse Mundus per peccatum, est val-
de mirum; &, in quantum ordinatio
demonstratur major, in tantum signifi-
catur humano intellectui major & no-
biliar tua Sapientia.

15. Quia ordinatio convenit in na-
tura & similitudine cum perfectione, &
inordinatio convenit in natura & simi-
litudine cum defectu, propterea signifi-
catur humano intellectui, *Domine*, tua
Sapientia in valde magna nobilitate,
cum ita sit quod facere bonum veniat
ab ordinatione, & facere peccatum ab
inordinatione, & ex ordinatione ex
qua venit bonum & inordinatione ex
qua venit peccatum tua Sapientia sci-
at ordinare præmium gloriæ & pœnæ,
quin sit causa inordinationis à qua ve-
nit peccatum, & si causa gloriæ illo-
rum qui non moriuntur in peccato, &
pœnæ illorum qui moriuntur in pecca-
to:

188 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
to: unde, quando anima, *Domine*, orat & contemplatur tuam Sapientiam isto modo, tunc sua oratio & contemplatio est Tibi valde placens & acceptabilis.

16. f. *Rex Regum & Domine Dominorum qui es dignus omnibus honoribus!*
Quarta pars est *actualitas*: unde sensualliter sentimus & intellectualiter intelligimus quod, sicut unum corpus non potest esse simul cum alio in eodem loco, ita anima Petri non possit simul memorare se ipsam & animam Guilielmi, & hoc est quia in memoria ipsius non potest simul capi memorare se ipsam & aliam, nec in intellectu ipsius potest capi simul intelligere se ipsam & aliam, & hoc idem est de Voluntate.

17. Igitur, cum hoc ita sit, *Domine*, per hoc significatur quod actualitas quam Petrus habet in sciendo aliquam rem sit terminata, quia quando eam scit actualiter, scientia sui ipsius est in eo potentialiter, & quando se ipsum scit actualiter scientia aliarum rerum est in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIII. 189
in eo potentialiter; & propterea oportet
scientiam esse terminatam in omni re
in qua alteretur de actu in potentiam
& de potentia in actum, quæ termina-
tio dat significationem de altitudi-
ne & nobilitate tuæ gloriosæ Sapien-
tiæ; quæ actualiter scit omnes creaturas
simul, & quidquid ipsæ sunt & quot-
quot sunt & quidquid faciunt & fece-
runt & facient, totum capitur in ea ac-
tualiter, eò quòd ipsa sit infinita & om-
nes cræaturæ sint finitæ.

18. *Gloriosa DEUS!* Quando homo
scit memorare & intelligere & velle tu-
am Sapientiam per modicam actualita-
tem quam humana sapientia habet in
sciendo creaturas, memorando & intel-
ligendo humanam sapientiam esse plùs in
potentia quàm in actu, eò quòd sua for-
ma sit major in potentia per ignorantiam,
quàm in actu per intelligentiam, &
memorando & intelligendo & volendo
totam tuam Sapientiam esse in actu
per actualitatem infinitam, eò quòd nul-
la potentia eam antecedat nec sequatur,

tunc

190 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tunc orat & contemplatur tuam glorio-
am Sapientiam.

19. g. *O amoroſe Domine ,qni meos a-*
mores multiplicas in tuis honorationibus!
Quinta pars sunt *tres virtutes animæ*: un-
de dicimus quòd intellectualiter intelli-
gamus animam hominis recipere ma-
jorem scientiam & sapientiam in se ip-
sa quando memorat & intelligit & amat
bona opera , quàm quando memorat &
intelligit & amat mala opera , quia per
malum quod amat anima , sua voluntas
alterat & mutat memoriam in oblivio-
nem boni & recordationem mali , &
intellectum in ignorantiam boni & in-
telligentiam mali ; & , quia bonum &
sapientia se respiciunt & etiam malum
& ignorantia , propterea anima habet
majorem sapientiam quando omnes
suæ tres virtutes concordant in bono,
quàm quando concordant in malo.

20. *Virtuoſe Domine ! Quando ani-*
ma memorat & intelligit malum &
peccatum & odit illud , tunc habet
majorem sapientiam & scientiam, quàm
quando

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 191
quando memorat & intelligit & amat ipsum; & hoc est quia, quando anima odit malum quod memorat & intelligit, est in intellectu conscientia quæ aperit oculos ipsius ad recipiendum sapientiam & scientiam rerum quas memoria memorat & voluntas odit; sed, quando anima memorat & intelligit & amat peccatum & malum, non est in intellectu conscientia & occasione hujus privationis, habet intellectus suos oculos clausos & excæcatos, & ideo non habet cum quo recipiat sapientiam & scientiam rerum quas memoria memorat & voluntas amat.

21. Unde benedicta sit, *Domine DEUS!* tua sancta Sapientia gloriosa; quia per hoc, quod anima hominis habeat majorem sapientiam, quod plus memorat & intelligit & amat bonum, & quod plus memorat & intelligit & odit malum & peccatum, significatur altitudo & excellentia tuæ sanctæ Sapientiæ gloriose quæ scit & intelligit & amat omnne bonum quod est factum & fit & fiet,

192 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
fiet, & omne bonum quod est increa-
tum in Te, & scit & intelligit & odit
omnem culpam & omne vitium & pec-
catum: igitur, quando homo iste mo-
do scit memorare & intelligere &
amare, tunc scit memorare & intelli-
gere & velle orationem & contempla-
tionem quam orat & contemplatur tuam
gloriosam Sapientiam.

22. h. *Immortalis Domine perfecte &*
complete in omni sapientia! Sexta pars
est *occasio*: unde dicimus quod, sicut
sol est homini occasio ut videat per
splendorem quem dat visui corporali
ipsius, ita & adhuc multò niilius tua
Sapientia est occasio sapientiae omni-
um creaturarum; &, sicut sol quo-
ad se est paratus ad dandum majorem
splendorem quam oculi ab eo possint
recipere, ita tua sancta Sapientia quoad
se est parata ad dandum majorem sapi-
entiam, quam creaturæ possint ab ea
recipere; &, sicut oculi essent adeò
magni in virtute sicut sol si possent tan-
tum splendorem recipere quantum ipse
potest

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 193
potest dare , ita creaturæ essent ita magna in virtute, sicut tua Sapientia si tantam sapientiam ab ea possent recipere, quantam ipsa potest dare : igitur , cùm sit impossibile quòd creaturæ posint recipere à tua Sapientia sapientiam adeò magnam sicut ipsa est , per hanc impossibilitatem significatur humano intellectui, quòd ignorantia & defectus sapientiæ quem habent creaturæ non veniat à tua perfecta Sapientia , imò veniat à se ipsis.

23. *Juste Domine !* Intellectualiter significat humano intellectui tua Justitia, quòd tua Sapientia sit animæ occasio ut memoret & intelligat & amet bonum , & memoret & intelligat & odiat peccatum, & non ut amet ipsum; quia , si tua Sapientia esset animæ occasio memorandi & intelligendi & amandi peccatum sicut est ei occasio memorandi & intelligendi & amandi bonum & odiandi malum , tunc significaretur humano intellectui, quòd Tu simul es ses justus & injurious; & , cùm justitia

N

&

194 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
& esse, se invicem respiciant, & priva-
tio & injuria etiam, si Tu esses justus
& injuriosus, esses tantum in esse quan-
tum in privatione, & tantum in priva-
tione quantum in esse; &, si ita esset,
sequeretur quod quantum scires tan-
tum ignorares & quantum ignorares
tantum scires, quod est impossibile.

24. Unde benedicta sit, *Domine DE-*
US, tua gloria Sapientia quæ demons-
trando suam magnam magnitudinem
significat & demonstrat humano intel-
lectui se esse occasionem omnium bo-
norum quæ fuerunt & sunt & erunt, &
non esse occasionem ullius peccati præ-
teriti nec præsentis nec futuri; quia, si
talis esset, non esset perfecta nec potest
esse perfecta nisi esset occasio omnis boni,
& non esset occasio ullius peccati: unde,
quando benedicta anima memorat & in-
telligit & amat tuam Sapientiam omnibus
prædictis modis, tunc orat & contem-
platur & laudat & glorificat tuam sanc-
tam Sapientiam gloriosam.

25. i. *JESU Christe Fili DEI vivi, qui*
es

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 195
es fons & vita & restauratio nostræ mortis! Septima pars est tua sancta Incarnationis glorioſa: unde sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quod, ſicut figura artificialiter facta quod pulchrius est ordinata & facta eò plus demonstrat magnitudinem ſapiencie artificis qui eam fecit & ordinavit, ita, *Domine*, quod pulchriorem & ordinatorem & majorem ſapienciam creasti, eò majorem des ſignificationem de magnitudine tuæ divinæ Sapientie: igitur, cùm hoc ita sit, propterea voluisti quod sancta Persona Filii affumeret humanam Carnem ut in ea haberet animam quæ haberet ſapienciam majorem ſapienciam omnium creaturarum, & hoc voluisti ut per illam ſapienciam adeò magnam ſignificaretur tuam divinam Sapientiam esse in valde magna magnitudine.

26. Nam, per hoc quod tua Sapientia, *Domine*, ſciverit creare individuum melius & nobilius & glorioſius & justius & misericordius & perfectius in virtute

196 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
virtutibus quām totum residuum crea-
turarū, significatur humano intellectui
tuam Sapientiam esse valde magnæ ex-
cellentiæ & uirtutis & nobilitatis & glo-
riæ: unde benedicta sit, *Domine*, tua
sancta Sapientia; quia, sicut ipsa se de-
monstrat humano intellectui majorem
per creationem & ordinationem firma-
menti & corporum cœlestium quām
per creationem unius floris, ita, sinè
omni comparatione, sapientia tuæ sanc-
tæ Naturæ humanæ dat majorem signi-
ficationem de divina Sapientia, quām
omnes aliæ creaturæ: igitur, cùm hoc
ita sit, quomodo falsi Judæi possunt
esse adeò inimici tuæ gloriose Human-
itatis, quæ adeò significat perfectio-
nem tuæ divinæ Sapientiæ?

27. Unde gloria & virtus & bene-
dictio sit, *Domine DEUS*, tuæ sanctæ
Sapientiæ gloriose; quia, sicut animal
rationale est nobilis & virtuosius om-
nibus animalibus irrationalibus, eò
quòd sit compositum ex virtuosiori
sensualitate & intellectualitate, & sensua-
litas

litas recipiat virtutem per figuram & conjunctionem intellectualitatis, ita tua Humanitas habet plus sapientiae quam omnes aliæ creaturæ, eò quod in ea sit incarnata sancta Persona gloriosi Filii; quoniam, sicut unum solum corpus hominis valet plus quam omnia corpora inanimata anima rationali, & istum valorem habet per animam rationalem, ita sola sapientia tuæ Animæ valet multò plus sinè onini comparatione quam omnes aliæ sapientiae creatæ & istum valorem habet per hoc quod sit unita cum tua gloria Sapientia divina: igitur, sicut homo, *Domine*, sensualiter videt in speculo suam figuram, ita intellectualiter orat & contemplatur tuam sanctam Sapientiam divinam quando eam memorat & intelligit & amat per significaciones quas de ea dat tua humana sapientia.

28. k. *O Domine, qui es secretum meorum secretorum & voluntas mearum voluntatum!* Octava pars est sacrificium: unde sensualiter sentimus quod sancta Hostia sacrata super Altare sit panis ante &

¶93 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
& post sacrificium , & intellectualiter
intelligimus quòd ipsa sit tuum Corpus;
etiam sentimus quòd una Hostia sacrata
sit in uno loco & alia in alio , & in-
telligimus tuum Corpus esse in cœlo &
in omnibus Hostiis sacratis unum, &
esse cum eis in uno loco: igitur , quan-
do intellectualitas , *Domine* , ita conside-
rat contra sensus corporales per sapien-
tiam & virtutem quam habet à tua Sa-
pientia , tunc significat in valde magna
nobilitate ipsam tuam Sapientiam quæ
scivit creare veram intellectualitatem
contrariam falsæ sensualitati sensuum
sensualium.

29. *Gloriose DEUS !* Cum homo per
tuam Sapientiam possit intelligere quòd
Tu sis adeò sapiens quòd sciveris &
potueris & volueris creare Mundum de
nihilo, & possis dare gloriam in para-
diso sinè cibo & potu, & possis sustine-
re corpus hominis in paradyso & in in-
ferno sinè corruptione , per hoc sig-
nificatur in multo majori demonstratio-
ne tua Sapientia in sacrificio quàm in
omni-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIII. 199
omnibus prædictis rebus; quia id, quod
tua Sapientia, *Domine*, facit in prædi-
ctis rebus, non est adeò contrarium
nostris sensualitatibus nec adeò frequen-
tèr nec adeò præsentialiter contrariatur
eis, sicut alteratio panis in Carnem, &
vini in Sanguinem: igitur, cùm hoc
ita sit, quænam res adeò frequenter &
adeò vehementer & adeò præsentialiter
dat demonstrationem de tua magna Sa-
pientia, sicut sanctum Sacrificium quod
fit in Altari de tuo pretioso Sanguine
& de tuo glorioso Corpore?

30. Gloria & benedictio, *Domine*
DEUS, fiat tuæ sanctæ Sapientiæ glo-
riosæ; quia, qui credunt per fidem, vel
percipiunt per necessarias rationes quòd
ipsa sciat & possit & velit hostiam &
vinum esse tuum gloriōsum Corpus &
Sanguinem, non claudunt tuæ perfectæ
& infinitæ Potestati & Sapientiæ & Vo-
luntati suam memoriam & suum intel-
lectum & suam voluntatem in hoc quòd
affirment tuam Sapientiam esse talem &
adeò magnam per se & per suam Po-
testa-

200 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
testatem & Voluntatem , quòd possit
& sciat & velit Hostiam sacratam & Vi-
num sacratum esse gloriosum Corpus
& pretiosum Sanguinem JESU Christi:
igitur , cùm hoc ita sit , qui non cre-
dunt hostiam & vinum posse esse con-
tra significationes sensuales , non sinunt
intrare in suam memoriam & intellec-
tum & voluntatem Perfectionem , quam
tua Sapientia habet in se ipsa & in
sua Potestate & Voluntate & Justitia
& Misericordia & Humilitate : igitur ,
qui vult orare & contemplari tuam
Sapientiam , *Domine* , sciat eam memo-
rare & intelligere & velle in virtute
quam habet à se ipsa & à sua Potestate
& à sua Voluntate divina.

CAPUT CCCXXIV

*Quomodo homo oret & contempletur &
laudet & benedicat gloriosum Amo-
rem nostri Domini DEI.*

I.
a. **O** DEUS amoroſe , qui es amor ſu-
per omnes amores & honor ſuper
omnes

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIV. 201
omnes honores! Qui vult orare & con-
templari tuum sanctum Amorem glo-
riosum , oportet , *Domine* , quod eum
oret & contempletur sensualiter & in-
tellectualiter in tua sancta Unitate &
Trinitate & in tuis sanctis Virtutibus
gloriosis ; & , quando orationem habeat
in habitu sensualiter & intellectualiter ,
oportet quod sciat eam custodire & re-
condere in tertia figura orationis , quae
est composita , & est habitus duarum pri-
dictarum orationum .

2. *Gloriose Domine!* Qui vult orare
& contemplari tuum excellentem A-
morem , oportet quod sciat memorare
& intelligere & velle significationes , per
quas creaturæ dant humano intellectui
demonstrationem de ipso ; quia , quan-
do anima memorando & intelligendo
& volendo recipit significationes tui glo-
riosi Amoris , tunc cum orat & con-
templatur si eum memoret & intelligat
& amet ; quoniam , sicut amor in cre-
aturis demonstratur esse valde bona res ,
licet creaturæ sint principiatæ , & ipse
sit

202 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sit terminatus , quantò melior demon-
stratur esse tuus Amor qui in Te est
res infinita æterna & perfecta ?

3. *Virtuose Domine ! In quantum a-*
nimal rationale est species nobilior om-
ni animali irrationali , in tantum suus
amor est major & nobilior amore a-
nimalis irrationalis: igitur , cùm hoc
sensualiter & intellectualiter significetur
humano intellectui , per hoc significatur
ei quòd , in quantum tua Essentia est
major & nobilior humanâ specie , in
tantum tuus gloriosus Amor sit major
& nobilior amore humano : igitur , cùm
hoc ita sit , secundùm hoc est homo
obligatus ad orandum & contemplan-
dum tuum gloriosum Amorem , & prop-
terea tuus servus aperit suo intellectui
memoriam ut in ea inquirat significatio-
nes significantes tuum sanctum Amorem
virtuosum , ut memoria memoret & ipse
intelligat & voluntas amet & lingua
laudet & benedicat illum.

4. b. *Sanctificate Domine , pro quo mei*
oculi plorant & meum cor est in amo-
re !

re ! Tuus servus & tuus amator ad faciendum reverentiam & honorem tuo glorioso Amori osculatur terram & elevat suas manus & suos oculos ad cœlum dicendo corde humili & devoto : gloria & honor & reverentia & laus fiat , *Domine DEUS* , tuo glorioso Amori , qui est in tota tua Essentia & in omnibus tuis Personis & in omnibus tuis Virtutibus , quia tota tua Essentia & omnes tuæ Personæ & omnes tuæ Virtutes sunt Amor infinitus æternus perfectus & gloriosus , quem orat & contemplatur & laudat & benedicit tuus servus ex omnibus viribus sui amoris sensualis & intellectualis .

5. *Humilis Domine ! Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus quod homo amet suum corpus & suos filios & suam uxorem & suos cognatos & amicos , & amet denarios & villas & castella & alias res sensuales : igitur , cum anima hominis amet valde magno amore omnes predictas res sensuales , quæ non sunt ipsa nec sunt de natura*

204 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tura ipsius nec sunt ei similes in na-
tura , & tua Essentia & tua Trinitas &
tuæ Virtutes sint ipse tuus Amor , quis
posset æstimare & cogitare magnitudi-
nem tui Amoris ? igitur , cùm hoc ita
sit , secundùm quod tuus Amor est
magnus & mirabilis & gloriosus & vir-
tuosus , debet homo eum orare & con-
templari ; sed , quia homo , *Domine* ,
est res finita & terminata , propterea
non potest sufficere ad orandum &
contemplandum tuum sanctum Amo-
rem secundùm dignitatem ipsius.

6. Quia tuus perfectus & gloriosus
Amor , *Domine* , est adeò altus & mi-
rabilis , propterea creasti creaturas in
valde diversis figuris & speciebus &
proprietatibus , ut multimodè dent hu-
mano intellectui significationem & de-
monstrationem de excellenti bonitate &
magnitudine ipsius : igitur beata est a-
nima quæ scit percipere & cognoscere
& amare & memorare tuum sanctum
Amorem virtuosum , & beatæ sunt om-
nes creaturæ quæ humano intellectui
dant

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIV. 205
dant demonstrationem de ipso; & ma-
ledicta est anima quæ non vult nec scit
memorare & intelligere & amare tuum
Amorem, nec vult percipere significa-
tiones in quibus & per quas ipse sig-
nificantur.

7. c. *Magne Domine super omnes mag-
nitudines, honorate super omnes honora-
tiones!* Quælibet tuarum Virtutum, *Do-
mine DEUS*, dat humano intellectui de-
monstrationem de tuo glorioso Amo-
re, quia quælibet earum adçò dat de-
monstrationem de sua perfectione, quòd
in demonstratione ipsius demonstret
humano intellectui perfectionem tui A-
moris; quoniam, quando intellectus per-
cipit in Te Infinitatem & Æternitatem
& Perfectionem, tunc percipit in tuo
Amore Infinitatem & Æternitatem &
Perfectionem, & per hoc cognosit tuum
Amorem esse sinè principio & fine &
sinè ulla alteratione & mutatione.

8. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-
ne*, secundùm hoc demonstratur hu-
mano intellectui quòd antequam Mun-
dus

206 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
dus esset jam æternaliter amares homi-
nes bonos, tantum quantum eos amas
nunc quando sunt boni: igitur , cùm
nulla res quæ non sit possit amari , &
Tu æternaliter amaveris homines bonos
qui habent principium , quis posset æsti-
mare magnam excellentiam tui Amoris?
Unde benedictus & laudatus & glori-
ficatus sit , *Domine DEUS*, tuus glorio-
sus Amor qui habet adeò magnam vir-
tutem quòd per eam amaret homines
bonos antequam essent , & amaret eos
in omni in quo boni debent amari, &
adhuc plus quam sit sua bonitas: igi-
tur totum hoc est per perfectionem
quæ est in tuo Amore & in tua Sa-
pientia ; quia , sicut Petrus non habet
sapientiam qua sciat, nec voluntatem
qua amet quando non est in *esse* nec
habet sapientiam qua sciat nec volun-
tatem qua amet id quod non est in
esse , ita Tu per magnam perfectio-
neim quæ est in tuo Amore & in tua
Sapientia amas res ante quam sint, eò
quòd habeas sapientiam & volun-
tatcm

tatem quibus scis & amas res futuras.

9 Quando humana inens, *Domine*,
cogitat in omnibus praedictis rebus &
voluntas eas amat & intellectus eas in-
telligit & memoria eas memorat, tunc
orat & contemplatur tuum gloriosum
Amorem; & , quando humanus intel-
lectus intelligit quod tua Sapientia sciat
omnia bona & omnia peccata quae fue-
runt & sunt & erunt , & intelligit quod
tua Voluntas non amet ullum pecca-
tum , tunc orat, & contemplatur tuam
gloriosam Trinitatem significatam in
diversitate quae est in tuis Proprietati-
bus in hoc quod tua Voluntas non a-
met peccata quae scit tua Sapientia, &
oporteret eam amare illa si in tuis Pro-
prietatibus non esset ulla diversitas : igi-
tur, cum tua Voluntas, *Domine*, sit
perfecta non amando peccata quae scit
tua Sapientia , & tua Sapientia sit per-
fector sciendo quidquid amat & quid-
quid non amat tua Voluntas, quam es-
set si tua Voluntas amaret peccatum,
vel si ipsa non sciret nisi bonum quod
amat

208 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
amat tua Voluntas , per hoc significa-
tur diversitas Personarum in tua glo-
riosa Essentia , per quam diversitatem
tua Sapientia potest scire omne bo-
num & omne malum, & tua Volun-
tas potest amare omne bonum quod
scit tua Sapientia, & non amare pec-
catum scitum ab ipsa.

10. d. *O honorate Domine plene gratia*
& benedictione! Qui vult orare & con-
templari tuum gloriosum Amorem, sci-
at memorare & intelligere proprietatem
ignis, qui habet naturam & virtu-
tem possendi calefaccere & se magnifi-
care secundum quod datur ei multitu-
do lignorum ; & , quando sciat me-
morare & intelligere istam proprietatem
in igne , per eam memoret & intelli-
git magnitudinem & nobilitatem tui
gloriosi Amoris, qui habet naturam &
proprietatem essendi magnus & virtuo-
sus secundum magnitudinem & virtu-
tem & proprietatem tuæ Essentiæ infi-
nitæ æternæ & perfectæ in omnibus
perfectionibus.

II. Glorio-

ii. Gloriose DEUS! Quando homo habet in memoria & intellectu significationem quæ dat demonstracionem de tuo Amore, si velit elevare suam cognitionem ad aliud gradum ut plūs & melius illum cognoscat, sci- at memorare & intelligere quomodo igni, qui est creatura, sit data natura per quam infinitè se extenderet in quantitate & in calore si esset possibile quòd ei darentur ligna infinita in quantitate & in tempore; &, quando hoc memoraverit & intellexerit, *Dōmine*, mutet suam memoriam ad memorandum & suum intellectum ad intelligendum quomodo tua gloria Essentia sit infinitè amabilis in magnitudine & virtute; quia, si ignis qui est creatura si haberet sufficientem materiam posset comburere & calefarcere infinitè, quanto plūs potest tuus Amor infinitè & æternaliter amare cùm non sit creatus nec tua Essentia sit finita nec terminata & sit infinita & æterna?

O

12. Qui

12. Qui vult orare & contemplari , *Domine* , tuum sanctum Amorem gloriosum , sciat memorare & intelligere magnam vilitatem & miseriā quæ est in homine per corruptionem & per peccatum , & sciat memorare & intelligere magnum amorem & magnam gratiam quam fecisti homini in hoc Mundo & in alio , & quamlibet rerum , in quibus aggratias & beneficias & amas hominem in hoc Mundo & in alio , sciat memorare & intelligere particulariter & postea universaliter ; quia , quando homo omnes istas res scit & vult memorare & intelligere , tunc habet paratam & directam suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem ad orandum & contemplandum tuum sanctum Amorem gloriosum.

13. e. Gloriose Domine , qui es gloria omnium gloriarum & virtus omnium virtutum ! Qui vult orare & contemplari tuum amorosum Amorem , sciat aspicere & cognoscere pulchritudinem &

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIV. 211
& nobilitatem & virtutem & ordina-
tionem quæ ab ipso sunt in creaturis;
quia, si tuus Amor omnes istas res
non amaret, nulla earum esset, eò quòd
non esset qui eis daret *esse*: igitur, cùm
res quæ sunt in Mundo sint tot &
adecò pulchræ & in adecò nobili dis-
positione creatæ, quis est qui posset
estimare & arbitrari magnam magni-
tudinem & magnam virtutem tui
gloriosi Amoris?

14. *Juste Domine!* Per hoc , quòd
tua Sapientia sciat Te posse scire pec-
catum quin tuus Amor amet ipsum,
scit se ipsam & tuum Amorem ma-
iores & meliores quàm si talem po-
testatem non haberet; & per hoc ,
quòd tuus Amor amet tuam Sapien-
tiam scire omne bonum & omne pec-
catum , & amet se posse amare om-
ne bonum & non amare ullum pec-
catum , amat tuus Amor se ipsum
& tuam Sapientiam plus quàm si ta-
lem potestatem non haberet : igitur,
cùm hoc ita sit , per hoc significatur
huma-

112 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
humano intellectui tres diversas Proprietas esse in tua divina Essentia gloria, & hæc significatio ei fit quando anima perfectè orat & contemplatur tuum Amorem in se ipso & in tua Potestate & Sapientia.

15. Cùm tuus Amor, *Domine*, sit per omnes creaturas & extra eas infinitè & sit æternus sinè principio & fine, per hoc Justitia & Ordinatio & Perfectio & Sapientia significant humano intellectui tuam Voluntatem velle paradisum durare perdurabiliter ut in eo Angeli & Sancti gloriæ tuum sanctum & gloriosum Amorem ament & cognoscant & orent & contemplentur; &, quando beata anima scit memorare & intelligere & velle significaciones quas tuæ Virtutes dant de tuo Amore, tunc amatur ab eō: igitur beata est anima quæ amatur adeò digno & nobili amore sicut est tuus, & beata est oratio & contemplatio quam habent memoria & intellectus & voluntas orando & contem-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIV. 213
templando isto modo tuum sanctum
& gloriosum Amorem.

16. f. *Indultor Domine, qui es dignus omni gloria & omni honore!* Quando homo memorat & intelligit quomodo amor quem homines habent ad invicem in hoc Mundo parum duret & parva occasione alteretur in odium, & per istum amorem movet & mutat suam memoriam ad memorandum & suum intellectum ad intelligendum & suam voluntatem ad amandum quomodo tuus sanctus Amor gloriosus sit perdurabilis inalterabilis infinitus & eternus, tunc orat & contemplatur tuum sanctum Amorem gloriosum.

17. Tuo sancto Amori, *Domine DEUS*, sit gloria & reverentia & honor; quia, quando homo Te amat & Tibi facit honorem & reverentiam, tunc tuus Amor eum amat; &, quando homo Te non amat nec Tibi facit reverentiam & honorem, tunc tuus Amor non eum amat; &, licet hoc

214 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
hoc ita sit, tamen tuus gloriosus Amor non est alterabilis nec mutabilis, quoniam adeò est magna tua Sapientia & tua Potestas & tua Justitia quod tuus Amor non mutetur nec alteretur licet homo Te amet in uno tempore & Te disamet in alio, eò quod amor finitus & terminatus non possit alterare amorem infinitum & aeternum; quia, sicut splendor solis non alteratur nec mutatur licet homo habens oculos sanos recipiat ab eo plus claritatis quam homo habens oculos infirmos, ita, *Domine*, tuus Amor est adeò abundans sapientia & potestate & justitia & infinite & aeternitate quod non possit esse in eorum accidens nec ulla alteratio.

13. *Sanctificate Domine!* Ratio, quare amor quem Petrus habet in uno tempore & disamor quem habet in alio est alterabilis, est quia sua potestas habet defectum in sapientia & sua sapientia habet defectum in potestate, & propterea in sua voluntate est

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIU. 215
est defectus & alteratio ; sed , quia tua
Potestas non habet defectum in sa-
pientia nec tua Sapientia in potesta-
te , propterea non potest esse in tua
Voluntate ullum accidens nec ulla al-
teratio licet homo Te amet in uno
tempore & non in alio , cum tua Vo-
luntas semper sit justa in volendo &
non volendo quanicunque rem : igi-
tur , cum hoc ita sit , quotiescunque
homo memorat & intelligit & vult
tuum gloriosum Amorem isto modo
semper eum laudat & orat & contem-
platur intellectualiter.

19. g. *Memorabilis Domine , qui es*
fons amoris & sapientiae ! Sicut est
valde magna differentia inter Creato-
rem & creaturam , ita est valde mag-
na differentia inter disamorem quem
Tu habes erga peccatores & disamo-
rem quem habent quidam homines
erga alios , quia disamor quem Petrus
habet erga Guillielmum quotiescun-
que eum disamet dat passionem me-
moriæ & intellectui & voluntati ip-
suis

sius Petri memorantis & intelligentis & disamantis displicantiam quam ei fecit Guillielmus, & per hanc passionem intellectual evenit Petro passio sensualis: unde benedictus sit, *Domine DEUS*, tuus gloriosus Amor quia est adeò magnus in amando & in sciendo & in possendo, quòd impossibile sit esse passionem in tua Voluntate licet disamet Guillelmum peccatorem, quem disamorem habet erga ipsum tua Voluntas per perfectam Justitiam & perfectam Potestatem & Sapientiam & per perfectum Amorem quem habet ad perfectionem justitiae & sapientiae & potestatis.

20. Sicut sapiens & justus Rex habet placitum faciendo justitiam in homine proditore digno mortis supplicio, ita, *Domine*, tuus perfectus Amor habet valde magnum placitum volendo in homine peccatore justitiam quam habet in eo tua perfecta Potestas & tua perfecta Sapientia & tua perfecta Voluntas in puniendo ipsum: igit-

igitur , sicut in voluntate justi Regis non est passio quando facit justitiam , eò quòd disamet injuriam , imò est placitum in ea eò quòd velit id quod sapientia intelligit , ita in tua Voluntate non est passio quando disamat homines peccatores , imò est in ea adeò magnum placitum faciendi justitiam sicut est in ea placitum faciendo misericordiam , secundùm quod tua Sapientia habet potestatem in sciendo id quod est placitum tuæ Voluntatis in faciendo justitiam & misericordiam .

21. Unde gloria & virtus & benedictio sit , *Domine DEUS* , tuo sancto Amori dulci & glorioso ; quia , in quantum benedicta anima memorat & intelligit & amat ipsum esse nobilem & gloriosum secundùm rationes & demonstrationes prædictas , in tantum est magna oratio & contemplatio quam habet erga eum ; quoniam , in quantum virtus visiva sensualis plūs extenditur per aërem quando homo
ab

218 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ab altis montibus respicit loca plana,
in tantum anima plūs orat & con-
templatur tuum gloriosum Amorem
quando eum scit memorare & intel-
ligere & amare per perfectam Potes-
tatem & Sapientiam & Voluntatem
divinam.

22. h. *Divine Domine, qui regnas*
& possides omnia! Qui vult orare &
contemplari tuum sanctum Amorem
gloriosum, sciat recipere significa-
nes quas tuæ gloriose Virtutes de eo
dant, significando quòd non amet ul-
lum peccatum nec ullam culpam, quia
quælibet tuarum Virtutum demons-
trando suam perfectionem significat
in tuo Amore non esse ullum defec-
tum; & si ipse amaret peccatum &
culpam, nulla earum posset significa-
re humano intellectui se ipsam esse
in perfectione sinè defectu.

23. Quando humanus intellectus
fruitur tua gloria Sapientiâ, *Domi-
ne*, tunc intelligit quòd antequam
Mundus esset, jam ipsa sciret æternali-
ter

ter omnes culpas & peccata quæ in eo sunt: unde , si tua Voluntas amaret culpam & peccatum , infinitè & æternaliter amaret id quod tua Sapientia sciret infinitè & æternaliter : igitur , cùm tua Sapientia perfectè sciat id quod scit , necessariò oporteret quòd tua Voluntas perfectè amaret id quod amaret , quia aliter esset impossibile quòd tua Sapientia posset perfectè scire , & tua Potestas posset habere perfectum posse in sciendo & volendo , & oporteret quòd tua Voluntas & tua Sapientia & tua Potestas recepissent compositionem duorum contrariorum scilicet perfectionis & defectus ; quoniam , si tua Voluntas amaret bonum & peccatum , posset simul esse in perfectione & in defectu ; & , si tua Sapientia sciret tuam Voluntatem esse in perfectione & defectu , sciret se ipsam in perfectione & in defectu , & hoc idem posset tua Potestas , quod est impossibile cùm nulla res æterna infinita & divina pos-

220 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
possit esse composita ex contrariis.

24. *Juste Domine!* Si tua Voluntas adeò disamaret culpam & peccatum quòd impediret creationem Mundi ne essent culpa & peccatum, non posset amare bonum creatum nec creationem ipsius, quoniam sinè peccato non posset perfectè cognosci bonum, nec tuæ Virtutes, si bonum & malum non essent in *esse*, possent humano intellectui significare & demonstrare suam gloriosam perfectionem: unde, sicut tua Voluntas per istum modum esset coacta & constricta ne posset velle ullum bonum creari nec demonstrari tuas Virtutes, ita tua Potestas esset constricta ne posset & tua Sapientia ne sciret creare bonum nec significare bonitatem & perfectionem quæ est in tua divina Essentia: igitur, cùm sit impossibile ullam constrictiōnem esse in tua Potestate & Sapientia & Voluntate, per hoc significatur quòd tua Voluntas non adeò disamet culpam & peccatum, quòd ratione hu-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIV. 221
hujus disamoris disamet bonum quod
cognoscitur per culpam & peccatum:
igitur, quando homo, *Domine*, scit
memorare & intelligere & amare tuum
gloriosum Amorem isto modo, tunc
eum orat & contemplatur.

25. i. *Sapiens Domine in omnibus rebus!* Qui vult orare & contemplari
tuum gloriosum Amorem, sciat me-
morare & intelligere quomodo ipse
habeat tantam nobilitatem & virtu-
tem in se ipso quod antequam Petrus
justus esset in esse æternaliter, ipsum a-
maret, & disamaret Guillielmum pec-
catorem damnatum, quoniam tua Sa-
pientia sciebat Petrum & Guillielmum
æternaliter antequam essent in esse; &,
postquam oraverit & contemplatus
fuerit tuum Amorem isto modo, sci-
at eum orare & contemplari memo-
rando & intelligendo quā magna sit
beatitudo Petri, qui æternaliter ante-
quam esset, fuit amatus à tuo gratio-
so Amore, & quā magna sit mi-
seria Guillielmi qui æternaliter ante-
quam

222 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quam esset, fuit disamatus à tuo justo
Amore.

26. Quando homo, *Domine*, me-
morat & intelligit quām magna sit bea-
titudo in Sanctis gloriæ qui æterna-
liter sine fine amabuntur à tuo glo-
rioso & excellenti Amore, & cogi-
tat & æstimat quām magna miseria sit
in damnatis qui sinè fine disamabun-
tur à tuo benigno & pio Amore, tunc
intellectualiter amat & contemplatur
& orat & laudat tuum gloriosum A-
morem ; & , quando homo cogitat &
perpendit quòd , quicunque in hoc
Mundo orat & contemplatur & amat
tuum gloriosum Amorem , ametur &
memoretur ab Angelis & à Sanctis
gloriæ , tunc orat & contemplatur ip-
sum tuum gloriosum Amorem.

27. *Glorioso Domine !* Qui Te non
amat, non habet de quo inamoretur,
& qui Te non amat, non amatur à tuo
Amore nec ab Angelis nec à Sanctis
gloriæ nec ab ulla Virtute cœli , nec
habet dignitatem nec naturam nec

pro-

proprietatem per quam sit dignus amare nec amari : igitur , cùm amor sit adeò gloria & nobilis virtus, & amorem perdat homo disamando Te, & amor qui Te amat faciat hominem esse dignum amari , quomodo potest esse quòd homo aliud faciat nisi amare & orare & contemplari tuum sanctum & gloriosum Amorem?


28. K. *Æterne Domine perdurabilis omni tempore , qui es Perfectio meorum perfectionum !* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus quòd in pluribus naturis diversis amet homo quando amat sensualiter & intellectualiter, quām Angeli qui non amant sensualiter eò quòd sint res intellectuales & non sensualcs; igitur, ut tuus Amor esset sensualis & intellectualis , *Domine* , voluisti tuum Filium incarnari in natura sensuali in dulci Virgine gloria nostra Domina sancta MARIA , & hoc voluisti ut tuus Amor amaret nos sicut Creator amat creaturam & sicut creatura amat suam parem creaturam. 29.

29. Unde benedictus sis, *Domine DEUS JESU Christe*, qui vis amare tanquam DEUS & creatura, tanquam DEUS amas quantum ad tuam gloriosam Deitatem quæ amat suas creature, & tanquam creatura amas in hoc quòd volueris esse homo ut amares homines Tibi similes in humana specie; &, sicut Tu, *Domine*, vis amare tanquam DEUS & creatura, ita vis amari ab homine tanquam DEUS & creatura in hoc quòd velis hominem amare tuam Deitatem tanquam DEUM & tuam Humanitatem tanquam creaturam: igitur, quando homo memorat & intelligit & amat prædictas res, tunc orat & contemplatur tuum gloriosum Amorem divinum & tuum pium Amorem humanum.

30. Tuo sancto Amori divino, *Domine DEUS*, fiat reverentia & honor semper, quia adeò ardenter & ferventer amat suam creaturam quòd propterea voluerit creare tuam humanam

Na-

Naturam & voluerit ei esse adeò propinquus per Incarnationem sanctæ Personæ Filii, & eam adeò amare, quòd velit omnes creature & omnes populos eam orare & contemplari & invocare & honorificare & laudare & amare ex omnibus suis viribus sensuilibus & intellectualibus: igitur iste Amor adeò magnus, quem habet tua divina Natura erga tuam humanam Naturam, dat significationem de magno Amore quem potes & scis & vis habere erga creaturam, & de magno amore quem tua humana Natura potest & scit & vult habere erga tuam divinam Naruram, qui Amor non posset significari humano intellectui in adeò magna magnitudine nisi sancta Persona Filii esset incarnata in Virgine gloria nostra Domina sancta MARIA.



P

CAPUT

CAP. CCCXXV.

*Quomodo homo oret & contempletur
gloriosam Simplicitatem sanctæ Es-
sentiæ divinæ*

i. **D**EUS une simplex siné ulla com-
a. **D**positione , cui sit gloria & ho-
nor omni tempore ! Qui vult orare &
contemplari gloriosam Simplicitatem
quæ est in tua divina Essentia , opor-
tet , *Domine* , quòd eam oret & con-
templetur sensualiter & intellectuali-
ter in tua gloriosa substantia & in tu-
is gloriosis Personis & in tuis glorio-
sis Virtutibus ; & , quando sensualiter
& intellectualiter eam oraverit & con-
templatus fuerit , oportet quòd ponat
& recondat orationem in tertia figu-
ra orationis quæ est composita ex ora-
tione sensuali & ex intellectuali.

2. *Gloriose DEUS* ! Qui vult orare
& contemplari tuam sanctam Simpli-
citatem , oportet , *Domine* , quòd
sciat

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 227
sciat memorare & intelligere compositionem & simplicitatem quæ sunt in creaturis, ut per eas sciat memorare & intelligere & amare tuam sanctam simplicem Naturam significatam & demonstratam humano intellectui per compositionem & simplicitatem creaturarum.

3. Et, quando homo, *Domine*, ordinaverit & direxerit suum intellectum ad recipiendum significationes & demonstrationes quas creaturæ dant de tua Simplicitate, tunc oportet quòd dividat orationem & contemplationem, secundùm quam vult orare & contemplari, in novem partes, quæ sunt *firmamentum*, *elementa*, *animalia*, *anima*, *Angeli*, *Incarnatio*, *Trinitas*, *substantia*, *virtutes*; & postquam diviserit orationem & contemplationem in has novem partes, oportet quòd quamlibet partem sciat memorare & intelligere & velle, ut per quamlibet partem sciat convertere suam animam ad memorandum & intel-

ligen-

228 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
ligendum & volendum tuam glorio-
sam simplicitatem.

4. b. *Affabilis Domine, pro quo mei oculi sunt in plorātu & meum cor in amore!* Prima pars est **firmamentum**: unde tuus servus vult orare & contemplari tuam Simplicitatem cum significationibus quas firmamentum dat de ipsa, & propterea dicit quod firmamentum uno modo sit **compositum**, & alio simplex; est compositum eò quod sit corpus unitum ex materia & forma & coniunctione utriusque, quod corpus habet longitudinem & latitudinem & profunditatem.

5. *Virtuose Domine!* Firmamentum demonstrat humano intellectui se esse simplex in substantia, quando memoria memorat & intellectus intelligit ipsum non esse generabile nec corruptibile nec grave nec leve nec mobile sursum nec deorsum, nec corrumpere suam formam nec eam augere nec minuere: unde, quando anima memorat & intelligit substantiam firmamen-
ti

ti hoc modo , & memorat & intel-
ligit generationem & corruptionem
quæ sunt in substantiis elementatis, tunc
intelligit firmamentum esse simplex
substantia in comparatione substantiæ
elementatæ compositæ ex quatuor ele-
mentis.

6. Et quando anima , *Domine* , in-
telligit firmamentum esse simplex in
comparatione animalium & vegetabi-
lium & metallorum, & esse compo-
sum quoad se ipsum , tunc convertit
& mutat memoriam ad memorandum
& intellectum ad intelligendum & vo-
luntatem ad amandum tuam glorio-
sam Simplicitatem ; quia , si firma-
mentum, quod est creatura & est com-
positum quoad se ipsum , est simplex
in comparatione corporum elementa-
torum , quantò plus est simplex tua
gloriosa Substantia, quæ non est crea-
ta & à qua receperunt gratiam & be-
nictionem firmamentum & omnes
creatüræ ? igitur , quando mea anima,
Domine , scit hoc memorare & intel-
ligere

230 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ligere & velle de tua Substantia , tunc
intellectualiter orat & contemplatur
tuam virtuosam Simplicitatem ; &
quando corpus scit dicere vel legere
vel scribere hæc verba de ipsa tua Sim-
plicitate , tunc eam sensualiter orat &
contemplatur.

7. c. *Firme Domine inalterabilis per-*
durabilis potens in omnibus viribus ! Se-
cunda pars sunt *elementa* : unde dici-
mus quòd elementa secundùm unum
modum intelligantur esse simplicia, &
secundùm alium sentiantur esse com-
posita ; intelliguntur esse simplicia
quando quodlibet eorum intelligitur
per se in sua natura & proprietate,
sicut ignis in calore, & aër in humi-
ditate, & aqua in frigiditate & terra
in siccitate.

8. *Virtuose Domine ! Elementa sen-*
tiuntur esse composita quando sunt
in animalibus & vegetabilibus & me-
tallis quæ sunt corpora composita ex
quatuor elementis quæ componuntur
in materia subjecta generationi & cor-
ruptio-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 231
ruptioni formæ prædictorum corporum , quæ compositio fit ut materia elementalis possit generare & compонere formas per quas sensualiter monstretur , & ut intellectus intelligat simplicem formam quam quodlibet elementum habet per suam propriam simplicitatem.

9. *Honorate Domine!* Quando homo intellectualiter intelligit elementa esse simplicia quodlibet in sua propria natura , & per formas vegetabilium & animalium & metallorum quas sentit , intelligit ipsa esse composita , & considerat quòd sua memoria non sufficiat ad memorandum nec suus intellectus ad intelligendum totam simplicitatem quam quodlibet elementum habet in se ipso , & convertit & mutat memoriam & intellectum & voluntatem ad magnam Simplicitatem quæ est in tua Deitate , tunc orat & contemplatur tuam Simplicitatem memorando & intelligendo significaciones quas elementa simplicia dant

modi

de

de ipsa; quia, si elementa quæ sunt **creatüræ** & uno modo recipiunt compositionem, habent tantam simplicitatem, quanto major est tua Simplicitas quæ nullo modo recipit compositionem & est natura pura simplex in-creata infinita æterna & omnino perfecta.

io. d. *Singuralis Domine, qui es voluntas mearum voluntatum & placitum meorum placitorum!* Tertia pars sunt *animalia*: unde dicimus quod animalia uno modo sentiantur composita & alio intelligantur simplicia; sentiuntur esse composita in quantum omne animal est unitum ex anima & corpore & spiritu qui est conjunctio animæ & corporis, & corpus est compositum ex materia & forma sensualibus; sed intelliguntur esse simplicia quoad animam quæ est pars ipsorum & est substantia simplex in comparatione substantiæ corporalis.

ii. Unde, sicut partes materiæ sunt simplices, scilicet quodlibet ele-
men-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 233
imentum per se , ita , *Domine* , in ani-
malibus anima quoad suam naturam
est substantia simplex in comparatio-
ne corporis ; & , sicut omnes partes
simplices elementorum intrant in com-
positionem ad componendum mate-
riam , ita omnes partes animalis in-
trant in compositionem ad compo-
nendum animal ; verum tamen est
quòd hæc sit differentia , quia animal
non est simplex in suis partibus ni-
si quoad animam & materia elemen-
tata habeat omnes suas partes sim-
plices in quantum omnia elementa
intelliguntur simplicia & non com-
posita.

12. Unde benedicta sit, *Domine DE-*
US , tua sancta Simplicitas gloria ;
quia quando anima scit memorare &
intelligere simplicitatem & composi-
tionem quæ sunt in animalibus , &
per hanc simplicitatem & composi-
tionem scit memorare & intelligere &
amare tuam Simplicitatem per eam sig-
nificantam & demonstratam , tunc orat
&

234 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& contemplatur tuam sanctam Simplicitatem divinam quæ creavit in creaturis simplicitatem & compositionem ut per eas percipiat humanus intellectus quòd Tu sis Essentia simplex, quoniam si simplex non esse non posses creare in creaturis simplicitatem; & , quia omnem compositionem oportet esse in tempore & habere principium, propterea tua Simplicitas creavit compositionem in creaturis ut in eis significetur principium quod habent per creationem quam receperunt à tua Simplicitate quæ est sine principio.

13. e. *Sapiens Domine in omnibus secretis, juste in omnibus sententiis!*
Quarta pars est *anima*: unde dicimus quòd anima intellectualiter intelligatur per unum respectum substantia composita, & per aliud simplex: intelligitur composita quando humanus intellectus considerat animam Davidis non esse animam Adami, & propterea necessariò oportere quamlibet earum ha-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 235
habere materiam & formam intelle-
ctuales per quas sit in sua indivi-
dualitate: igitur per hoc significatur
quòd omnis anima sit intellectualiter
composita ex materia & forma & con-
junctione intellectualibus.

i4. *Amoroſe Domine!* Sicut huma-
nus intellectus intelligit quòd ignis sit
simplex quando intelligit calorem ip-
ſius ſinè compositione alterius ele-
menti, & intelligit quòd ignis habeat
ſuum calorem & ſuam claritatem &
ſuam levitatem ex ſua propria natura,
ita quando intellectus conſiderat quòd
anima ſit ſubſtantia incorruptibilis &
inalterabilis pura existens ſinè ulla con-
traria natura in ſe ipſa, tunc perci-
pit & cognoscit ipsam eſſe ſimplicem
in natura quoad ſe & ſuam ſubſtan-
tiam non eſſe unitam ex rebus con-
trariis.

i5. *Perdurabilis Domine!* Quando
tuus contemplator conſiderat quòd
ſimplicitas ignis non poſſit uti ſua
virtute quoque componatur cum a-
liis

236 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
liis elementis, & anima in humano
corpore non possit uti sua simplicita-
te quin corpus sit ei subiectum ut ip-
sa habeat in eo suas virtutes in actu,
tunc vertit suum intellectum ad con-
siderandum tuam sanctam Simplicitati-
tem gloriosam, quæ est adeò virtuosè
simplex in se ipsa, quòd non indige-
at ulla re creata quæ eam juvet ad u-
tendum sua virtute, nec indigeat com-
poni cum ulla re ad utendum sua
potestate, quia est adeò abundans in
simplicitate & virtute & perfectione
& puritate, quòd nulla res possit cam
impedire nec ei obstare ne habeat su-
am virtutem in actu: igitur, cùm hoc
ita sit; propterea tuus servus oscula-
tur terram & facit reverentiam & ho-
norem tuæ sanctæ Simplicitati.

16. f. *Adorate Domine invocate ab omnibus populis, qui es gloria omnium gloriarum!* Quinta pars sunt *Angeli*: unde dicimus quòd Angeli dicantur
compositi quantum ad compositionem intellectualem, & quia non sunt res
cor-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 237
corporales dicuntur substantiæ simpli-
ces in comparatione corporum ele-
mentorum ; & ratio , quare Angeli
dicantur simplices in substantia , est quia
in substantia angelica non corruptitur
forma , nec ipsa est composita ex con-
trariis rebus ; sed ratio , quare substan-
tia angelica dicitur composita, est quia
est conjuncta ex materia & forma & con-
junctione intellectualibus, quæ compo-
sitio intelligitur intellectualiter.

17. *Gloriose Domine !* Sicut Ange-
lus est substantia simplex in compa-
ratione substantiæ corporalis , ita &
adhuc multò melius est substantia
composita in comparatione tuæ divi-
næ Substantiæ : igitur , cùm substan-
tia angelica sit finita & terminata &
creata, & materia & forma & conjunc-
tio ex quibus intellectualiter est com-
posita sint in quolibet Angelo partes
individuæ particulares , & non sit in
eis materia universalis, sicut est mate-
ria corporalis in corporibus elemen-
tatis , & Angeli sint in valde magna
sim-

238 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
simplicitate in comparatione compositionis quæ est in corporibus elementatis, quis posset æstimare & cogitare magnam simplicitatem quæ est in tua sancta Substantia divina?

18. *Honorate Domine!* Sicut forma corporalis non posset generari in materia elementali sínè compositione quatuor elementorum, ita & adhuc multò melius simplex natura Angelica non posset creari nec conservari sínè tua simplici Natura: igitur, quando homo scit habere in sua anima omnes res prædictas memorando & intelligendo & volendo, & per compositionem & simplicitatem quæ est in Angelis scit vertere suam animam ad memorandum & intelligendum & amandum tuam virtuosam infinitam & gloriosam simplicitatem, tunc eam orat & contemplatur.

19. g. *O Domine DEUS!* qui das gloriam & benedictionem tuis servis inamoratis de tuis honorationibus. Sexta pars est *Incarnatio*: unde dicimus quòd,

quòd , sicut in anima non corrum-
pitur sua simplicitas licet uniatur cum
corpore in esse unius animalis ratio-
nalis , ita & adhuc multò melius tua
divina Natura conservet suam Simplici-
tatem licet sit unita cum humana
natura per Incarnationem quam as-
sumpsit tuus gloriosus Filius in nostra
Domina sancta MARIA Virgine glo-
riosā ; quia , si anima quae est crea-
tura & res finita & terminata potest
conservare suam simplicitatem licet
uniatur cum natura composita , quan-
tò plus tua Natura divina infinita æ-
terna & perfecta potest conservare su-
am gloriosam simplicitatem licet Fi-
lius assumpserit nostram humanam na-
turam?

20. *Amoroſe Domine!* Sicut anima
rationalis non pervertitur in naturam
quae habeat calorem nec frigus nec
longitudinem nec latitudinem nec pro-
funditatem nec levitatem nec gravi-
tatem nec famem nec sitim nec mor-
talitatem licet uniatur cum corpore,
ita

240 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ita tua gloria Simplicitas non fuit
perversa in naturam quæ haberet com-
positionem quando Filius fuit incar-
natus , quia aliter Natura Creatoris
effet finita & infinita principiata & æ-
terna simplex & composita quod est
de magnis impossibilitatibus quæ co-
gitari possint.

21. *Pie Domine !* Sicut corpus non
convertitur in animam quando con-
jungitur cum ea, ita tua gloria Hu-
manitas non fuit conversa in Deita-
tem quando fuit conjuncta cum ipsa;
quia , sicut corpus non haberet lon-
gitudinem nec latitudinem nec pro-
funditatem si privaretur materia ele-
mentali & reciperet intellectualem ,
ita , si tua Humanitas esset conversa
in Deitatem & tua Deitas in Huma-
nitatem , tua Humanitas esset infini-
ta & æterna & tua Deitas esset fini-
ta & creata quod est impossibile : igi-
tur , quando homo , *Domine* , scit
memorare & intelligere magnam sim-
plicitatem animæ quæ non alteratur
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 241
in compositionem licet uniatur cum
corpore, & postea vertit suam ani-
mam ad memorandum & intelligen-
dum & amandum tuam divinam Sim-
plicitatem quae non alteratur licet Fi-
lius sit unitus cum humana natura,
tunc habet intellectus valde magnam
cognitionem, & memoria valde mag-
nam memorationem, & voluntas val-
de magnum fervorem in orando &
contemplando tuam simplicem Natu-
ram divinam.

22. h. *Gratiose Domine ! qui das*
directionem & gratiam & benedictionem
omnibus quibus vis , Septima pars
est tua gloria Trinitas : unde dici-
mus quod , sicut jam supra probavi-
mus , intellectualiter intelligamus tu-
am gloriosam Trinitatem esse tuam
gloriosam Paternitatem & Filiationem
& Processionem : igitur , si in igne sim-
plici , qui est creatura , caliditas & lu-
cidas & levitas sunt proprietates sim-
plices quin componantur ex substan-
tia ipsius , nec substantia ex eis , quan-

Q

tò

tò plūs tua Paternitas & Filiatio & Processio possunt esse Proprietates simplices in tua simplici Substantia divina infinita quin tua Substantia sit composita ex ipsis, nec ipsæ sint compositæ ex tua Substantia? Et si homo non sufficit ad memorandum & intelligendum totam simplicitatem quam ignis habet in suis proprietatibus & suæ proprietates in ipso, quanto minus sufficit ad memorandum & intelligendum totam tuam Simplicitatem divinam?

23. Qui vult orare & contemplari, *Domine DEUS*, tuam simplicem Naturam, sciat memorare & intelligere & velle quomodo tres virtutes animæ simpliciter sint una substantia simplex, & quomodo anima simpliciter sit una substantia in tribus proprietatibus diversis, scilicet in memoria & intellectu & voluntate; &, quando consideraverit simplicitatem quæ est in anima & in tribus proprietatibus ipsius, sciat se mutare ad consider-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 243
siderandum gloriosam Simplicitatem
quæ est in tua divina Substantia & in
tribus Proprietatibus ipsius, quæ sunt
tua gloriosa Paternitas & Filiatio &
Processio ; quia , quando homo scit
habere artem & modum mutandi su-
um intellectum de simplicitate creata
ad increatam , tunc sua anima est pa-
rata ad orandum & contemplandum
tuam simplicem Naturam divinam.

24. *Honorate Domine !* Sicut nulla
compositio sensualis nec intellectualis
potest esse sinè materia & forma &
privatione , ita & adhuc multò me-
liùs sinè omni comparatione tua Tri-
nitas potest esse simpliciter sinè com-
positione in tua Substantia & tua Subs-
tantia in tua Trinitate ; quia , si per
defectum potestatis compositio non
potest esse sinè tribus principiis prædic-
tis , quantò plūs per perfectam Potes-
tatem potest esse tua Substantia sim-
plex in tuis Proprietatibus & tuæ Pro-
prietates in tua Substantia? Et , si hoc
non posset ita esse , *Domine , signifi-*
caretur

244 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
caretur & demonstraretur humano in-
tellectui quòd impotentia esset major
in simplicitate quàm in compositione
& potestas esset major in rebus com-
positis quàm in simplicibus: igitur,
cùm potestas & simplicitas se respici-
ant, & impotentia & compositio eti-
am, per hoc significatur humano in-
tellectui quod, si compositio non po-
test esse sinè materia & forma &
privatione, simplicitas possit esse si-
nè ipsis.

25. i. *O cælestis Domine! quem mea
voluntas est obligata amare & meus in-
tellectus intelligere. Octava pars est
substantia: unde dicimus quòd sen-
sualiter sentiamus & intellectualiter in-
telligamus animalia, quò plus in sua
substantia recipiunt de quibusdam ele-
mentis quàm de aliis, eò plus vive-
re in quibusdam elementis quàm in
aliis, sicut talpa quæ vivit in terra &
piscis in aqua & homo in aëre & sa-
lamandra in igne: unde, quia talpa
est propinquior simplicitati terræ quàm
piscis*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 245
piscis & homo & salamandra , prop-
tereā potest melius vivere sub terra
quām alia animalia , & hoc idem est
de pisce in aqua & de homine in aēre
& de salamandra in igne , & totum
hoc est significatio tuæ simplicis Subs-
tantiaꝝ respectu illorum qui per hauc
significationem sciunt eam cognos-
cere.

26. Nam , quia salamandra habet
in se plus de natura ignis quām ul-
lius alterius elementi , est in natura
propinquior simplicitati ignis simpli-
cis quām simplicitati ullius aliorum
elementorum , & ideo potest vivere in
igne: igitur , cūm hoc ita sit , secun-
dūm hoc significatur , *Domine* , adeò
magnam esse tuam Simplicitatem in
tua Substantia , quod tuæ Substantiæ
non sit necessarium componi in se
ipsa , nec cum alia re , nec sua natu-
ra sit componi in se ipsa , nec in alia
re , nec sit ulla creatura quæ habeat
dignitatem & proprietatem & naturam
per quam possit componere tuam
Subst.

Substantiam nec componi cum ea; quia , si tua Substantia non esset simplex & esset composita vel per se vel per aliud , non posset habere vitam à se ipsa & esset sicut salamandra quæ non potest vivere sine igne vel piscis sine aqua ; & hoc est impossibile , *Domine* , scilicet quòd Tu non possis vivere per tuammet Simplicitatem , & salamandra possit vivere in igne & piscis in aqua, eò quòd appropinquent simplicitati elementi à quo receperunt majorem compositionem quam ab ullo aliorum elementorum.

27. Unde benedicta sit , *Domine DEUS* , tua sancta Simplicitas gloria-
sa ; quia , sicut anima rationalis ha-
bet tantam simplicitatem in substan-
tia & proprietatibus per donum gra-
tiae & creationis , quòd quamvis sit
per totum corpus , & cogitet & me-
moret velit intelligat vel imaginetur
aliquam rem sensualem , tamen non
componatur in se ipsa , nec sua sub-
stantia privetur sua simplici natura ;
ita

ita tua Substantia est adeò pura in simplicitate, quòd omnes creaturæ sint in illa & ipsa sit in eis & extra eas, quin componatur cum ullâ creaturarum, nec per ullam creaturam nec per se ipsam recipiat compositionem in se ipsa: igitur cum hoc ita sit, quando homo, *Domine*, cogitat & memorat, intelligit & amat tuam mirabilem simplicitatem isto modo, tunc orat contemplatur & laudat ipsam, & servit ei intellectualiter.

28. *O Domine! qui succurris omnibus in Te confidentibus & adjuvas eos.* Nona pars sunt *Virtutes*: unde dicimus, quòd sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus ex albedine & nigredine componi tertium colorem; & sicut albedo non potest converti in nigredinem nec nigredo in albedinem, ita nulla tuarum virtutum potest converti in alia nec destruere se ipsam, nec assumere esse alterius Virtutis; & quia albedo & nigredo possunt componere tertium colorrem

248 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
rem , co quod una sit contraria alteri , per hoc significatur Domine, quòd quia nulla tuarum Virtutum est contraria alteri , nulla earum cum alia componat tertiam Virtutem : igitur , quando hoc ita consideratur, tunc significatur humanæ discretioni tua sancta Simplicitas.

29. *Potens Domine !* Si esset possibile , quòd albedo & nigredo essent in *esse* quin locus & tempus essent in *esse* , propter hoc non possent componere tertium colorem : igitur cùm hoc ita sit , & cùm sine tempore & loco non possit componi tertius color ex duobus contrariis coloribus, & cùm in nulla tuarum Virtutum sit tempus & locus , nec ulla earum sit contraria alteri , per hoc significatur, quòd omnes tuæ Virtutes sint ita simplices in natura & proprietate , quod nulla compositio sit in eis nec in tua simplici Substantia divina ; quia nulla compositio potest esse sine loco & tempore , secundum quod significatur humano

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXV. 249
humano intellectui quod in omni compositione conveniat esse simplicitatem & tempus, materiam & formam.

30. *Gloriose Domine!* Si composicio, quæ est in mundo ex materia & forma, esset sine tempore, & quin privatio & simplicitas eam antecedent, tunc compositio mundi esset æquè virtuosa in Æternitate, sicut tua Simplicitas: & si ita esset, Tu es mundus, & mundus es DEUS, vel mundus & Tu haberetis æqualem durationem: Igitur cum mundus sit finitus in quantitate, & sit compositus, & cùm Infinitas & simplicitas significantur humano intellectui in majori nobilitate & virtute quàm finitas & compositio, per hoc significatur, quòd mundus sit creatus: Igitur quando Homo scit contemplari & intelligere tuam Simplicitatem per compositionem & simplicitatem creatam, tunc orat & contemplatur tuam sanctam & simplicem Deitatem.

CAPUT

CAPUT CCCXXVI.

*Quomodo homo oret & contempletur glo-
riosam Gloriam nostri Domi-
ni DEI.*

1. **O** DEUS fortis super omnes fortia. *tudines, qui es gloria omnium gloriarum!* Qui vult orare & contemplari tuam gloriosam Gloriam, oportet, *Domine*, quod sciat eam orare & contemplari in tua sancta Deitate & Trinitate, & in tuis gloriosis Virtutibus; & oportet, quod eam sciat orare & contemplari sensualiter & intellectualiter; & quando ipsam ita oraverit & contemplatus fuerit, oportet etiam, quod ipsam oret & contempletur per bona opera in tercia figura orationis quae componitur ex figura sensuali & intellectuali.

2. Sicut corpus habet sex rectitudines, per quas homo potest habere motum, ita, *Domine*, anima habet

Llib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 251
bet sex rectitudines, per quas potest
orare & contemplari tuam gloriosam
Gloriam; & sicut homo per inferio-
res gradus ascendit ad supremum, ita
anima potest ascendere ad orandum
& contemplandum tuam sanctam Glo-
riam per *sex gradus*, qui sunt *Sensua-
litas, Imaginativa, Ratio, Memoria,
Intellectus & Voluntas*: igitur quando
homo scit ordinare istos sex gradus
in sua anima, & scit eam elevare per
ipsos ad orandum & contemplandum
tuam Gloriam, tunc recipit gratiam
benedictionem & gloriam in quolibet
prædictorum graduum.

3. Nam quando quinque sensus
sensuales demonstraverint & præsenta-
verint imaginativæ suas sensualitates,
tunc imaginativa demonstrat & offert
rationi repræsentationem prædicto-
rum sensuum, & ratio recipit id,
quod imaginativa ipsi dedit, & offert
illud memoriæ, & memoria intellec-
tui, & voluntas recipit illud à me-
moria & intellectu; & per hoc quin-
que

252 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
que sensus intellectuales venerunt de-
potentia in actum , qui orant & con-
templantur cogitando percipiendo
conscientiando subtilisando & zelando
tuam gloriosam Gloriam.

4. b. *Juste Domine in justitia & in*
misericordia! Primus gradus est *Sensua-*
litas : unde dicimus , quod sensuali-
ter sentiendo audiamus voces & stre-
pitus , & videamus firmamentum &
corpora cœlestia & elementata , & o-
doremus flores & alios odores , & gus-
temus dulces & amaros satores , &
sentiamus famem & sitim & calorem
& frigus & infirmitatem & dolorem &
alias res sensuales.

5. Igitur cum hoc ita sit , *Domi-*
ne , qui vult orare & contemplari tu-
am divinam Gloriam , sciat omnes is-
tas sensualitates offerre & præsentare
imaginativæ , quæ sciat eas imaginari ,
& postea sciat imaginari res intellec-
tuales , ut offerat Rationi id , quod
sibi offertur à sensualitate ; & quan-
do humana mens ascenderit à sensua-
litate

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 253
litate ad imaginativam , & ab imaginativa ad Rationem , tunc sciat homo aperire suam memoriam ad memorandum & suum intellectum ad intelligendum & suam voluntatem ad amandum tuam gloriosam Gloriam memorando intelligendo & amando honorationes nobilitates virtutes & perfectiones ipsius.

6. Nam quando humana Ratio, *Domine*, memorat & intelligit magna placita & magnas delectationes, quas homines habent sensualiter & intellectualiter, licet ipsi habeant principium , & sint creaturæ terminatae habentes multos labores & mala multas corruptiones & tribulationes sensualiter & intellectualiter , & quando humana Ratio se vertit ad memorandum & intelligendum & amandum magnam Gloriam quæ est in Te , qui es Creator infinitus & æternus , & in quo non est ulla passio nec ullus defectus , tunc mens hominis est elevata ad Rationem , & ad memoriam intellectu-

254 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
intellectum & voluntatem , quæ cogi-
tando & percipiendo contemplantur
magnam gloriam Divinam!

7. c. *O Domine ! qui homini dedisti fi-
dem , ut quando intellectus non potest
intelligere , tunc voluntas credat. Se-
cundus gradus est Imaginativa : unde
dicimus , quòd sensualiter sentiamus
& intellectualiter intelligamus poten-
tiam imaginativam non posse recipe-
re à sensitiva quidquid hæc ei offert
per sensus sensuales ; quia Petrus non
potest imaginari omnia placita & om-
nia desiderabilia nec omnia bona &
mala , quæ sentiuntur ab hominibus ;
& quia imaginativa Petri non sufficit
ad imaginandum quidquid sentitur in
generali , propterea non potest in par-
ticulari tantum dare & representare
Rationi , quantum sensitiva in uni-
versali repræsentat ipsi imaginativæ ; &
propterea Ratio non potest tantum
dare memoriæ intellectui & volunta-
ti de rebus sensualibus , quantum res
sensuales sentiuntur à potentia sensi-
tiva.*

8 Un-

8. Unde quando rationalis potentia, *Domine*, memorat & intelligit placita sensualia esse multò majora in generali, quām ipsa possit memorare & intelligere in speciali, per hoc memorat & intelligit placita intellectua- lia esse multo plura & majora in generali, quam ipsa possit memorare & intelligere in speciali: unde quando Ratio per imaginativam memorat & intelligit ista, tunc datur memo- riæ & intellectui ab ipsa imaginativa id, quod potest recipere; & id, quod non potest recipere, hoc nec ipsa po- test dare; ideò memoria memorat, & intellectus intelligit multò plura & majora esse placita & delectationes in creaturis, quam Ratio possit dare memoriæ ad memorandum & intel- lectui ad intelligendum.

9. Unde quando memoria, *Domi- ne*, memorat majora esse placita in mundo quām ipsa possit memorare, & intellectus intelligere, & quando intellectus intelligit de memoria, &

de

256 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol.III.*
de se ipso id, quod memoria memo-
rat de se ipsa & de intellectu, tunc
memoria memorat & intellectus in-
telligit imundum esse defectuosum &
corruptum in culpa & peccato; &
quando memoria memorat & intel-
lectus intelligit & voluntas vult in tua
Essentia non esse ullam corruptionem
nec ullam terminationem nec ullum
defectum, tunc figuratur & demonstra-
tur memoriæ intellectui & voluntati
in valde magna magnitudine & nobi-
litate tua gloria Gloriofa, ita quod
Ratio demonstret, quod si ipsa non po-
test dare memoriæ intellectui & vo-
luntati totam demonstrationem de
placitis & delectationibus quæ sunt
in hoc corrupto mundo, quanto mi-
nus potest eis dare demonstrationem
de tota Gloriofa, quam habes in tua
divina infinita Essentia æterna & tota
gloria? igitur quando homo, *Domine*,
memorat intelligit & vult omnes præ-
dictas res intentione orandi & con-
templandi tuam Gloriam, tunc diri-
tur

Lib. IV. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 257
tur & disponitur , ut à tua Gloria,
perdurabiliter habeat gloriam in tua
Gloria.

io. d. *O Domine ! Qui das hominibus*
spem , ut confidant in tua misericordia
& in tuis viribus. *Tertius gradus est*
Ratio : unde dicimus , quod quan-
do Ratio ab imaginativa recipit id ,
quod imaginativa potest dare de po-
tentia sensitiva , tunc Ratio movetur
& vertitur ad intelligendum res intel-
lectuales dando memoriæ memoratio-
nem & intellectui intelligentiam &
voluntati amorem ipsarum : unde
propter hanc mutationem & versio-
nem , quam Rationativa facit in se
ipsa , movetur memoria in suo me-
morare & intellectus in suo intelli-
gere & voluntas in suo amare à rebus
sensualibus ad res intellectuales.

ii. Et quando Ratio , *Domine* ,
superascendit imaginativam & memo-
rat & intelligit & amat res intellectua-
les invisibiles , quas sensitiva non po-
test sentire nec imaginativa tantum

R

ima-

258 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
imaginari, quantum Ratio ipsas potest
memorare intelligere & amare, tunc
anima ascendit super imaginativam
memorando intelligendo & volendo
id, quod imaginativa potest imagina-
ri & id, ad quod imaginandum ispa
non potest sufficere, scilicet tuam In-
finitatem Æternitatem Potestatem Sa-
pientiam Amorem & alias tuas virtutes,
& sic de aliis rebus intellectualibus; quia
imaginativa non potest tantum imagi-
nari formam firmamenti & paradisi
vel inferni, nec Angelos nec animas
nec alias virtutes intellectuales crea-
tas, quantum Ratio potest memora-
re intelligere & velle ipsas: igitur cum
hoc ita sit, qui vult orare & con-
templari, *Domine*, tuam Gloriam, sci-
at elevare & exaltare Rationem super
potentiam imaginativam memorando
intelligendo & volendo illam.

12. Unde quando homo, *Domi-
ne*, elevaverit suam mentem in ra-
tione super imaginativam, tunc oportet
quod in ipsa Ratione faciat tres
gra-

gradus intellectuales , quorum *primus* sit in memoria, & *secundus* in intellectu & *Tertius* in voluntate , ut mens ascendat à memoria quæ memorat tuam gloriam ad intellectum qui eam intelligit , & ab intellectu elevet voluntatem ad amandum ipsam in omni quod memoria potest memorare & intellectus intelligere , & quod voluntas amet tuam Gloriam etiam in omni , quod memoria non sufficit memorare nec intellectus intelligere; quia sicut intellectus potest plus gloriæ intelligere in Te , quam memoria possit memorare , ita voluntas potest plus de ipsa amare , quam intellectus potest intelligere , quia voluntas sufficit ad amandum tuam Gloriam , in quantum intellectus illam non potest intelligere ; nam sicut oculi plus sufficiunt ad videndum à longinquo , quam aures ad audiendum , ita voluntas potest plus velle , quam intellectus intelligere ; & si hoc ita non esset , voluntas non posset amare fidem quam intellectus

intellectus non posset intelligere: Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut in anima virtutes visiva & auditiva sunt æquales, ita memoria intellectus & voluntas habent æqualem virtutem in anima, quia sicut corpus habet oculos magis paratos & dispositos in virtute videndi, quam aures in virtute audiendi in hoc, quòd faciliùs videat à longinquiori quam aures andiant, ita cor hominis est magis paratum & dispositum instrumentum virtuti amativæ, quam celebrum frontis virtuti intellectivæ.

13. e. *O Domine! Qui in homine creasti charitatem ut possit amare Te & tuas honorationes. Quartus gradus est Memoria:* unde dicimus; quòd volenter orare & contemplari tuam beatam Gloriam oporteat, quòd sciat observare & custodire suam memoriam, & sciat eam aperire significacionibus sensualibus ad memorandum significaciones, quæ sensualiter significant à potentia sensitiva usque ad imaginem.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 261
imaginativam , & ab imaginativa usque ad rationalem , & postea eam aperiat ad memorandum significations intellectuales significatas per sensuales à sensitiva usque ad rationalem ; & postquam aperuit memoriam ad recipiendum omnes istas significations , oportet , quòd eam aperiat intellectui , ut ipse possit in ea prædictas significations invenire .

14. Et sicut , *Domine* , oportet , quòd homo volens orare & contemplari tuam gloriosam Gloriam aperiat suam memoriam ad memorandum significations , quæ ipsam significant ; ita oportet , quòd sciat aperire eam apertione intellectuali significacionibus significantibus intellectui ipsam memoriam non esse potentem & adeò dignam & virtuosam , quòd possit tantum memorare de tua Gloria , quantum de ea potest non memorare ; quia adeò est magna tua Gloria , & adeò parva est nostra memoria in memorando eam quod multò plus sine omni

262 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ni comparatione propter suam parvi-
tatem possit obliuisci & non memo-
rare de tua infinita Gloria , quam pos-
sit de ipsa memorare propter suam
magnitudinem.

15. *Gloriose DEUS!* sicut oportet,
quod homo volens orare & contem-
plari tuam Gloriam , aperiat suam me-
moriā omnibus significationibus,
quas de illa potest recipere , & om-
nibus significationibus demonstranti-
bus se non sufficere ad memorandum
totam tuam Gloriam ; ita , *Domine*, o-
portet , quod se claudat suam me-
moriā gloriis mundanis vanis & tran-
sitoriis , quæ eam impediunt memo-
rare tuam gloriosam Gloriam : igitur
quando beata anima tribus prædictis
modis aperuit & clausit memoriam
intentione glorificandi orandi bene-
dicendi & contemplandi tuam Glo-
riam , tunc habet memoriam para-
tam & directam , ut à tua Gloria
possit recipere perdurablem glori-
am.

16. f.

16. f. *Sapiens Domine ! Qui creasti
in homine sapientiam ut sciat Te cog-
noscere, tibi servire & Te demonstrare
illis qui Te ignorant.* Quintus gradus
est *Intellectus* : unde dicimus , quod
volentem elevare & exaltare suum intel-
lectum ad orandum & contemplandum
tuam gloriosam Gloriam , oporteat,
quod faciat intellectum descendere ad
intelligendum , quod memoria non
possit memorare totam tuam glori-
riam ; & postea intellectus intelligat
in sua fragilitate parvitate & miseria
plus sibi deficere ad intelligendum
tuam Gloriam , quam sufficiat ad il-
lam : unde quando homo , *Domine* ,
ita inclinaverit suum intellectum ad
intelligendum parvitatem & miseriā
memoriae & sui ipsius , tunc elevet
ipsum ad intelligendum magnam Glo-
riam quae est in tua exellenti divina
Essentia.

17. Nam sicut homo , *Domine* , af-
cendit ad virtutes per humilitatem ,
& descendit ad vitia per superbiam ,
ita

264 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ita intellectus ascendit ad orandum &
contemplandum tuam Gloriam, quan-
do descendit ad intelligendum fragili-
tatem & parvitudinem, quam ipse &
memoria habent in fruendo illâ secun-
dum respectum magnæ magnitudinis
tuæ Gloriæ; quia sicut una gutta a-
quæ est res modica in comparatione
totius maris, ita, *Domine*, gloria,
quam anima potest memorare & in-
telligere est res modica in compara-
tione illius gloriæ quæ est in tua Di-
vina Essentia: igitur cum hoc ita sit,
sicut intellectus intelligit minus aquæ,
quando intelligit guttam, quam quan-
do intelligit totam aquam maris, sic
intellectus plus orat & contemplatur
tuam gloriam, quando intelligit mi-
norem esse gloriam, quam in Te po-
test intelligere, quæm sit gloria in
Te ad quam intelligendam non po-
test sufficere.

18. *Gloriose Domine!* qui vult ex-
altare & elevare suum intellectum ad
orandum & contemplandum tuam Glo-
riam,

riam , sciat illum elevare intelligen-
do , quod plus ignoret quàm intelli-
gat in eâ ; nam sicut intellectus intel-
ligit , quòd memoria plurium rerum
obliviscatur , quando memorat unam
tantum , ita ascendit ad orandum con-
templandum benedicendum & lau-
dandum tuam Gloriam , quando eam
intelligit adeò magnam , quòd sit mul-
tò major in tua gloriosa Substantia ,
quàm ipse intelligat ; sicut enim aer
non dividitur in partes , licet visus
corporalis terminetur in ipso usque
ad certum terminum , ita *Domine* , tua
gloria non dividitur in partes , licet
intellectus eam aliqualiter intelligat &
non possit intelligere ipsam secundum
magnitudinem quæ est in ea : Igitur
cum hoc ita sit , quia intellectus tui
servi , *Domine* , non potest altius as-
cendere ad orandum & contemplan-
dum tuam Gloriam , propterea dat
voluntati id , quod de ea potest in-
telligere , ut voluntas tuam Gloriam
amet super id , quod intellectus de ea
non sufficit intelligere.

19. g.

266 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
19. g. *Juste Domine! Qui creasti justitiam in homine, ut de se ipso sit iustus erga suum Creatorem.* Sextus gradus est *Voluntas*: Unde dicimus, quod intellegualiter intelligamus multò majorem & meliorem virtutem esse in voluntate pauperis seniculæ quæ amat tuam Gloriam, quam in memoria & intellectu hominis, qui memorat & intelligit tua, Gloriam & tamen plus amat vanam gloriam hujus mundi, quam tuam Gloriam: Unde, secundum hoc significatur, quod homo tuam Gloriam multò plus possit contemplari & orare per amorem, quam per memoriam & intelligentiam; quia si memorare & intelligere sufficerent ad tantum orandum & contemplandum tuam Gloriam, quantum amor per amare, tunc homo, qui plus scit memorare & intelligere eam, quam prædicta senicula, plus oraret & contemplaretur tuam Gloriam quam ipsa, quæ eam plus amat: & hoc est impossibile, quæ impossibilitas significatur.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 267
ficatur humano intellectui per tuam
Justitiam & Bonitatem.

20. *Divine Domine!* sicut memo-
ria est obligata ad orandum & con-
templandum tuam Gloriam secundum
quod potest eam memorare & se-
cundum quod potest memorare se non
sufficere ad totam illam memorandam;
& sicut intellectus est creatus ad o-
randum & contemplandum tuam Glo-
riam secundum quod potest intel-
ligere ipsam, & secundum quod potest
intelligere se non sufficere ad intel-
ligendum totam ipsam, ita voluntas
est obligata creata & beneficiata ad a-
mandum orandum & contemplandum
tuam Gloriam in omni eo, in quo
memoria illam potest memorare & in-
tellectus intelligere, & adhuc ultra
est obligata ad amandum tuam Glo-
riam super id, quod memoria potest
memorare & intellectus intelligere
de ea.

21. Unde benedicta sit, *Domine*
DEUS, tua gloria Gloria; quia si-
cut

268 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
icut memoria & intellectus habent justam excusationem si non possint actualiter orare & contemplari tuam Gloriam ultra suos terminos potentiales , quibus memoria & intellectus sunt terminati potentialiter , ita per contrarium sensum voluntas est culpabilis si non amet tuam Gloriam ultra terminos potentiales & actuales memoriae & intellectus : igitur cum hoc ita sit , qui vuit virtuosè & ferventer orare & contemplari tuam Gloriam , faciat adeò magnam suam memoriam & suum intellectum in actualitate sicut sunt termini harum potentiarum , & faciat voluntatem ascendere ad amandum tuam Gloriam super id , quod memoria potest memorare & intellectus intelligere.

22. h. *O Domine ! à quo tuus Contemplator petit fortitudinem , ut sit fortis contra fortitudines mundanas & fortitudines temptationum.* Ponamus , quòd voluntas Petri velit , quòd sui quinque sensus sensuales sentiant omnia

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 269
nia sensualia , quæ sunt in Mundo ;
tamen dicimus , quòd intellectus in-
telligat & voluntas velit plus , quàm
quinque sensus sensuales sentire , &
quam imaginatio imaginari & cogita-
tio cogitare , & mens perpendere , &
perceptio percipere possint .

23. *Virtuose Domine ! Ponamus ,*
quòd Petrus velit esse Dominus to-
tius mundi ; quando intellectus in-
quirit modum , per quem Petrus pos-
sit & sciat esse Dominus totius mun-
di , tunc intelligit Petro deficere po-
testatem & sapientiam , quibus pos-
sit & sciat habere id , quod sua vo-
luntas vult : Unde quando intellec-
tus considerat voluntatem potestatem
& sapientiam Petri , tunc percipit &
cognoscit voluntatem esse in eo inul-
tò majorem memoriâ & intellectu ;
quia voluntas vult habere totum mun-
dum , & memoria non potest me-
marare potestatem nec sapientiam , ne-
que intellectus potest intelligere po-
testatem nec sapientiam , per quain

VO-

270 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
voluntas possit habere id , quod vult
habere.

24. Unde cum hoc ita sit , *Domi-
ne* , sicut voluntas Petri sufficit ad vo-
lendum plus , quàm potestas possit,
quam memoria memoraret & intellec-
tus sciat , secundum hoc significatur
humano intellectui , quod sicut vo-
luntas Petri potest plus velle , quàm
potestas habere & intellectus scire, li-
cet voluntas Petri non sit creata, ut
velit esse Dominus totius mundi , ita
& multò melius potestas voluntatis
Petri potest velle tuam Gloriam a-
mando eam super id , quod memoria
potest memorare & intellectus intel-
ligere: igitur com hoc ita sit , qui
vult orare & contemplari tuam glorio-
sam Gloriam , sciat elevare potestatem
suæ voluntatis super potestatem suæ
memoriæ & sui intellectus , & plus
velit tuam Gloriam , quàm memoria
eam memorare & intellectus intelli-
gere potest.

25. i. *Misericors Domine! Qui cre-
asti*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 271
asti temperantiam in homine ut habe-
at continentiam abstinentiam & pati-
entiam. Sicut potentia sensitiva est
inordinata & indirecta , quando est su-
per rationalem , ita voluntas homi-
nis qui amat peccatum est inordina-
ta & indirecta , quando amat pecca-
tum, quod intellectus intelligit non esse
dignum amari: unde sicut voluntas
potest esse super intellectum ad aman-
dum Te in hoc , in quo intellectus
non potest Te intelligere , ita , *Domi-*
ne , virtus intellectus est super virtu-
tem voluntatis, quando voluntas amat
peccatum & intellectus cognoscit vi-
litudinem peccati , quæ cognitio intel-
lectus significat voluntati peccatum
non esse dignum amari: igitur quan-
do voluntas non odit peccatum tunc
descendit infra intellectum.

26. *Juste Domine !* Sicut calor est
in majori quantitate in igne quam
in aëre, & frigiditas est in majori quan-
titate in aquâ , quam calor , quem
aqua recipit accidentaliter ab igne ;
ita

272 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ita intellectus est in majori virtute quām
voluntas , quando intellectus intelli-
git bonum & voluntas amat malum ;
& quando intellectus Te intelligit to-
tum bonum & perfectum in omni lo-
co & in omni tempore & voluntas
amat Te plus in uno loco quām in
alio , & in uno tempore quām in a-
lio, tunc potest intellectus super volun-
tatem ; & hoc idem potest accidere
memoriæ & voluntati ; nam sicut e-
quis plūs potest & valet ad curren-
dum quām Camelus , & camelus plūs
valet quam Equus ad portandum pon-
ēcra ; ita , *Domine* , valet plus una ex
tribus potentiis animæ quam alia se-
cundum suum proprium officium : igi-
tur cum hoc ita sit , qui cum tribus
prædictis potentiis vult orare & con-
templari tuam Gloriam , sciat cum eis
frui ipsâ secundūm ordinationem , in
quâ eas ordinasti .

27. *Vere Domine!* Intellectualiter
intelligimus Gloriam Paradisi esse à
tua Gloria ; quia si homo in Paradiso
glo-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 273
glorificaretur Gloria, quæ non esset
à tua Gloria, tunc memoria posset me-
morare & intellectus intelligere & vo-
luntas velle aliam gloriam quæ non
esset à tua Gloria; & si hoc ita esset
anima posset plus illam memorare &
intelligere & amare quam tuam Glo-
riam, & sic tua Gloria esset finita:
unde cum sit impossibile tuam Glori-
am esse finitam, significatur humano
intellectui, quod homo non habeat
aliam Gloriam in paradyso nisi à tua
Gloria: igitur benedicta sit, *Domine*
DEUS, tua Gloria, quæ demonstrat se
ipsam humano intellectui, ut perci-
piat, quod putantes in Paradyso habe-
re gloriam fæminarum, & viualium
& pulchrorum palatiorum, non orent
nec contemplentur tuam Gloriam nec
glorificantur ab eâ.

28. k. *Complete Domine plene omni-*
bis perfectionibus! Qui vult orare &
contemplari tuam Gloriam, sciat me-
morare intelligere & velle, quomo-
do ipsa sit ita perfecta in perfectio-
ne

S

ne

274 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ne creaturarum sicut in defectu earum:
Nam sicut anima est ita perfecta in
memorando & intelligendo bonum &
malum, sicut voluntas in amando bo-
num & odiendo malum ; ita , *Domi-
ne* , adeò perfectus es in Gloria per
pœnam , quam das damnatis , sicut per
Gloriam quam das salvatis : Nam si-
cūt anima est ita perfecta in suo me-
morare & intelligere bonum & ma-
lum, sicut in suo velle bonum & odiſſe
malum , ita demonstratur tuam Glo-
riam esse adeò perfectam in dando
Gloriam Salvatis per misericordiam,
sicut in dando pœnam damnatis per
justitiam : quia sicut voluntas tantum
valet per nolle peccatum , quantum
per velle bonum in creaturis , ita tua
Gloria in Te est adeò magna per jus-
titiam sicut per misericordiam.

29. *Glorioſe Domine ! Qui vult o-
rare & contemplari tuam Gloriam ,
ſciat memorare & intelligere , quod
ipsa ſit multò major ſine omni com-
paratione , quam omnis Gloria & pœ-
na,*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVI. 275
na, quæ in hoc & in alio sæculo sunt
in creaturis : Unde quando homo is-
to modo oraverit & contemplatus
fuerit tuam Gloriam , sciat elevare su-
am voluntatem ad plùs amandum res
perfectas, quàm ad odiendum res defec-
tuosas; quoniam in hoc quod tua Glo-
ria sit major quàm pœna inferni, vo-
luntas potest habere plus virtutis per
amare tuam Gloriam , quam per o-
dire peccata, quæ sunt occasio ignis
perdurabilis.

30. *Gloria & Laus & Virtus &*
Benedictio & Reverentia & Honor sit
Domine DEUS tuæ glorioſæ Gloriæ! Quo-
niam ipsa est adeò magna alta & no-
bilis quod se det omni homini , qui
sciat eam memorare intelligere & a-
mare: Unde cum ipsa sit tam mag-
na & tam nobilis , & homo habeat
tam parvam memoriam intellectum
& voluntatem secundum magnam
magnitudinem tuæ Gloriæ, & secun-
dum parvitatem suæ memoriæ intel-
lectus & voluntatis , quis posset co-
gi-

276 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
gitare & æstimare magnum donum &
magnam gratiam , quam facit tua
Gloria , quando se dat Sanctis Gloriæ
in præsentia tuæ Essentiæ Divinæ.

CAPUT CCCXXVII.

*Quomodo homo oret & contempletur
gloriosam Perfectionem nostri Do-
mini DEI.*

1. **O** DEUS Perfecte in omnibus Per-
fectionibus , honorate in om-
nibus honorationibus ! Qui vult orare
& contemplari tuam gloriosam Per-
fectionem , oportet quod illam sciat
orare & contemplari memorando in-
telligendo & volendo in tua perfec-
ta Unitate & Trinitate & in tuis per-
fectis virtutibus , & oportet hominem
orare & contemplari illam sensualiter
& intellectualiter , & oratione com-
positâ ex sensuali & intellectuali.

2. Qui tuam Perfectionem , *Domi-
ne DEUS* , vult orare & contemplari
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVII. 277
in tua gloria Unitate & Trinitate, &
in tuis Virtutibus, sciat recipere signi-
ficationes, quas creaturæ de ipsa dant
in tua Unitate Trinitate & Virtutibus,
quas significationes homo recipit, quan-
do per quasdam significationes sensua-
les percipit alias, & per quasdam signi-
ficationes intellectuales percipit sensua-
les, & per significationes sensuales per-
cipit intellectuales, & per signifi-
cationes intellectuales percipit sensuales.

3. *Gloriose DEUS!* Quando homo
ordinaverit & direxerit suas sensualita-
tes & suas intellectualites ad oran-
dum & contemplandum tuam glorio-
sam Perfectionem, tunc convenit,
quod suam orationem & contempla-
tionem dividat in tres Partes, qua-
rum *prima* est *Unitas & Trinitas*, *se-
cunda* est *anima*, *tertia* est *Incarna-
tio*: Unde quia nobis sufficit, *Domine*,
tuam Perfectionem orare & contem-
plari per significationes, quas supra-
dictæ tres res humano intellectui de-
ca dant, propterea proponimus ipsam
orare

4. b. *Domine Rex Glorie, perdurabilis
in omnibus Perfectionibus!* Prima Pars
est *Unitas & Trinitas*: Unde dicimus
quod sensualiter sentiamus & intellec-
tualiter intelligamus perfectionem hu-
jus mundi esse in Unitate & Trinita-
te in hoc quod mundus sit unus &
in tribus rebus, scilicet in substan-
tia sensuali & intellectuali & animali
composita ex sensuali & intellectuali:
igitur cum hoc ita sit, per hoc signi-
ficatur quòd ab Unitate & Trinitate
mundi possimus recipere significationes
per quas possumus orare & contem-
plari Gloriosam Perfectionem in Uni-
tate & Trinitate.

5. *Virtuose Domine!* quando ho-
mo scit memorare & intelligere quòd
Unitas mundi sine tribus prædictis sub-
stantiis scilicet corporali & incorpo-
rali & animali non posset esse perfec-
ta, & quando scit memorare & in-
telligere quòd istæ substantiæ non pos-
sent habere perfectionem quin com-
pone-

ponerent unum mundum solum, tunc per hanc Perfectionem potest percipere aliam Perfectionem in qualibet harum partium ex quibus mundus est compositus; Nam quin substantia corporalis esset unum & tria scilicet materia forma & conjunctio utriusque, non posset esse perfecta, & hoc idem est de substantia intellectuali creata, quæ sine intellectuali materia & forma & coniunctione non posset habere Perfectionem, & hoc idem sequitur de animali substantia creata quæ sine corpore & anima & compositione utriusque non posset habere Perfectionem.

6. *Unde benedicta sit Domine Deus tua sancta glorioſa Perfectio!* Quia quando homo perfectionem, quam mundus habet in sua Unitate & in suis partibus, & Perfectionem quam quælibet partium habet in sua unitate & in suis partibus in generali cogitavit & percipit, tunc humano intellectui significatur Perfectio Creatoris, quod fit

280 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
sit in Unitate & Trinitate ; quoniam perfectionem mundi creavit similiter in Unitate & Trinitate : unde quando homo scit percipere has significations in mundo & in partibus ipsius , & per hoc scit recipere Perfectionem tuæ Unitatis & Trinitatis, tunc memorando intelligendo & volendo ipsam, orat & contemplatur tuam gloriosam Perfectionem.

7. c. *Creator Domine totius comple-
menti mundi , cui sit Gloria & Honor!*
Quia quando homo in suo intellectu intelligit materiam ordinalem in generali sine forma sensuali , tunc figuratur & significatur ei ipsam materiam ordinalem non habere unam formam sensualem generalem , per quam sentiatur à sensuali natura humana : unde per hoc demonstratur in ipsa defectus formæ sensualis & compositionis in qua uniatur & conjungatur materia cum forma in individuis, quæ sunt partes sensuales particulares universalis ordinalis materiæ : Unde quando

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVII. 281
do humanus intellectus consideravit ordinalem materiam in generali & in speciali, tunc significatur ei ipsam materiam ordinalem in generali habere defectum formæ continuæ, quæ universaliter eam demonstrat sensualiter, quoniam ipsa est de natura corporali sensuali: Unde quando intellectus percipit istum defectum in materia in generali, tunc percipit in ea privationem Perfectionis generalis.

8. *Sanctificate Domine!* Quando homo intelligit ordinalem materiam sine forma sensuali & intelligit formam intellectualē ipsius materiae, quæ non sentitur cum forma sensuali; tunc significatur defectus in materia ordinali & in forma, quia cum predicta materia & forma sint de natura sensuali corporali, & sua sensualitas & corporalitas non possit sentiri in generali sed sentiatur in suis partibus scilicet in individuis corporalibus, ideo est defectus sensualitatis in materia & forma generali, quæ non habet medium,
quo

282 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quo conjungantur in generali ut sint
unum corpus sensibile; quia sicut ma-
teria & forma corporis compositi ha-
bent perfectionem in quantum habent
conjunctionem quâ sunt unitæ, ita,
Domine, prima materia & sua intel-
lectualis forma habent defectum, eò
quòd forma non possit se ipsam &
materiam demonstrare sensualiter in
generali intra unam formam conti-
nuam sensualem.

9. *Sapiens Domine!* Quando homo
intelligit quatuor Elementa, quæ sunt
partes ordinalis materiæ, componere
unum corpus animale vel vegetabile,
& quòd illud corpus non possit du-
rare eò quòd sit compositum ex qua-
tuor rebus; & quando homo memorat
defectum quem habet ordinalis materia
privata forma sensuali per hoc quòd
non habeat universalem & continuam
formam, quæ sensualiter cām demons-
tret, & quod hic idem defectus cadat
in formam intellectualem, quæ est de
natura sensuali & non potest sensualiter
de-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVII. 283
demonstrare ordinalem materiam in ge-
nerali, tunc significatur humano intel-
lectui, quod Perfectio sit in Unitate
& Trinitate in Creatore, qui crea-
vit ordinalem materiam & partes sen-
suales ipsius: Igitur quando intellec-
tus potest se elevare ad cognoscen-
dum omnes res prædictas, tunc orat
& contemplatur tuam sanctam glo-
riosam Perfectionem.

10. d. *O Salvator Domine gloriose,*
qui salvas tuos amatores! Intellectua-
liter intelligimus quatuor Elementa
simplicia quando consideramus quod-
libet per se sine comparatione ad a-
liud: igitur cum Elementum simplex
sit materia & forma intellectualis,
quantum ad hoc, quod hæc materia
& forma non possint componere u-
nuim corpus sensibile; & cùm Ele-
menta simplicia sint de natura corpo-
rali, & corpus sentiatur per medium
quod est conjunctio inter materiam
& formam, ideo significatur quodli-
bet Elementum habere defectum Per-
fectio-

284 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
fectionis in sua simplicitate , eò quòd
non habeat medium inter suam sim-
plicem materiam & suam simplicem
formam ad demonstrandum suam sim-
plicitatem in corpore simplici: unde
propter defectum hujus Perfectionis,
quæ privatur in eis , quodlibet Ele-
mentum simplex se movet ad compo-
sitionem , inquirens in alio suam per-
fectionem.

ii. Unde, cùm quodlibet Elemen-
tum simplex , *Domine* , inquirat suam
perfectionem , in quantum vult inve-
re simplicem conjunctionem , quæ con-
jugat suam simplicem materiam & su-
am simplicem formam ; & cùm nul-
lum corum inveniat id quod quærit ,
& cùm omnia quatuor componantur
in uno corpore sensibili & nullum eo-
rum possit sentiri nisi in corpore com-
posito ex ipsis , ideo quatuor Elemen-
ta , sicut per desiderium rei , quam in-
quirunt , componunt corpus Elementatum , ita per aversionem quam ha-
bent ad illud corpus , in quo non in-
veni-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVII. 285
veniunt quod inquirunt , destruunt & corrumput illud.

12. Unde, cùm quodlibet Elementum ; *Domine*, sit de natura corporali materialiter & formaliter , & nullum possit habere formam sensibilem per se ipsum sine aliis , & cùm ignis inquirat suam perfectionem in terra ab eâ recipiendo siccitatem , & aér in igne ab eo recipiendo calorem , & aqua in aere ab eo recipiendo humiditatem , & terra in aqua ab eâ recipiendo frigiditatem , & cùm id quod quodlibet inquirit in alio , non sit res quam recipit ab eo , propterea se componunt & dissolvunt Elementa & non faciunt aliud nisi inquirere generando & corrumpendo formas in vegetabilibus & in animalibus & in metallis ascendendo & descendendo: Unde cùm hoc ita sit , & quodlibet Elementum inquirat medium suæ simplicis materiae & formæ , quòd ei deficit , ideo significatur quod nullum Elementum habebit perfectionem , quo usque tene-

at

286 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
at id, quod inquirit; quam perfectionem, perdidit per corruptionem peccati originalis, quæ corruptio non privabitur in eis quoisque sint in animali rationali unum corpus glorificatum in gloria post resurrectionem: Unde quando homo, *Domine*, scit omnia ista cogitare & perpendere tunc percipit per istas significaciones tuam Perfectionem in divina Substantia unâ in tribus Personis, & scit orare & contemplari tuam gloriosam perfectionem.

13. c. *O Domine DEUS! Qui es adiutorium & consolatio meorum amorum & mearum contritionum.* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus firmamentum esse corpus non compositum ex rebus contrariis, sed solum ex diversis, cum sit compositum ex materia & forma & earum coniunctione, & non sit compositum ex quatuor universalibus contrarietatis, ex quibus corpora elementata sunt composita: Unde cum hoc ita sit,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVII. 287
sit, significatur quod firmamentum sit
corpus incorruptibile.

14. Nam per hoc, *Domine*, quòd
corpus firmamenti non sit compositum
ex rebus contrariis & corpus elemen-
tatum sit compositum ex quatuor con-
trarietatibus, ideo firmamentum est
magis virtuosum in durabilitate quàm
corpus Elementatum; quia per hoc
quod tria sint, ex quibus corpus Ele-
mentatum est compositum scilicet ma-
teria & forma & conjunctio, & quòd
ista tria in corpore elementato reci-
piant corporalitatem per compoſitio-
nem quatuor universalium contrarie-
tatum, & cum rres res ex quibus
corpus firmamenti est compositum
non componantur ex quatuor univer-
salibus contrarietatibus, ideo sequi-
tur, quod firmamentum non sit cor-
pus recipiens generationem & corrup-
tionem quam recipit omne corpus ele-
mentatum.

15. Unde qui vult orare & con-
templari, *Domine*, tuam gloriosam Per-
fec-

288 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
fectionem, sciat sentire & intelligere
quomodo corpus firmamenti sit mul-
tò perfectius & nobilius in composi-
tione quàm Corpus Elementatum per
hoc, quòd corpus firmamenti sit unum
& tria & non componatur ex quatu-
or rebus contrariis; quam composi-
tionem habet corpus elementatum
quod est unum & tres res compositæ
ex quatuor contrarietatibus: Igitur
quando homo sciverit memorare &
intelligere istas res prædictas sensua-
les, tunc ab eis sciat elevare suum
intellectum ad tuam gloriosam per-
fectionem, quæ est simplex sine om-
ni compositione in tua divina simplici
Substantiâ unâ in tribus diversis pro-
prietatibus, quæ sunt una simplex &
perfecta Essentia.

16. f. *O Domine DEUS! Qui es Splen-
dor & Lumen omnium luminum & om-
nium splendorum.* Quando homo in-
telligit significaciones, quæ demons-
trant majorem Perfectionem in Sub-
stantia quàm in accidentibus, tunc
me

memoria memorat & intellectus intelligit in Te non esse ullum accidens; & quod perfectio melius attribuatur substantiaequam accidentibus, probatur in hoc, quod accidentia inseparabilia sunt propinquiora substantiae in natura quam separabilia, & quod separabilia non sunt tam perfecta accidentia sicut inseparabilia, & quod substantia non sit tam perfecta per accidentia separabilia, quam per inseparabilia; per hoc significatur humanæ rationi, quod substantia sit perfectior quam accidentia; & quia in Te, *Domine*, nulla res est perfectior quam alia, per hoc significatur in tua Substantia non esse ullum defectum nec ullum accidens.

17. *Glorioso Domine!* quando homo vult memorare & intelligere quot modo substantia suæ animæ habeat majorem perfectionem in sua Unitate & in tribus potentiis ex quibus est unita, quam sit perfectio quam corpus habet in sua unitate & in tribus

T

rebus

290 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
rebus ex quibus est unitum , tunc signifi-
catur humano intellectui , quod
causa & ratio , quare anima valet
plus in sua unitate & in tribus po-
tentias , quam corpus in sua unitate
& in suis tribus rebus scilicet in ma-
teria forma & coniunctione ex qui-
bus est compositum , sit , quia uni-
tas & trinitas animæ non componi-
tur ex quaternitate rerum contraria-
rum , quam compositionem habet
Unitas & **Trinitas corporis** , quod
componitur ex quatuor Elementis:
igitur cùm hoc ita sit , significatur
humano intellectui , *Domine* , tuam
gloriosam Perfectionem esse in tua
Unitate & Trinitate adeò simpliciter ,
quod non componatur cum ulla re;
& quando homo hoc ita scit intel-
ligere , tunc orat & contemplatur tu-
am gloriosam Perfectionem.

18. Qui vult orare & contemplari ,
Domine DEUS , tuam gloriosam Per-
fectionem sciat percipere significatio-
nes syllogismi , qui recipit perfectio-
nem

nem per unitatem & trinitatem: per unitatem in hoc quod sicut unitis unitus ex duabus propositionibus & una conclusione, per trinitatem in hoc, quod in eo tres res uniantur in unam unitatem: Igitur cum syllogismus non habeat perfectionem nisi in uno & in tribus, & sua perfectio non possit esse in uno sine tribus nec in tribus sine uno, & ipsa non sit in pluribus nec paucioribus quam in uno & tribus, ideo syllogismus, qui est verum argumentum, significat humano intellectui quod tua gloriosa Perfectio sit in tua gloriosa Unitate, & in tua virtuosa Trinitate.

19. g. *Divine Domine! qui es spes & consolatio meæ animæ, quando memorat intelligit & amat tuam dulcem misericordiam.* Qui vult orare & contemplari tuam gloriosam Perfectionem in tua Unitate & Trinitate, sciat recipere significaciones formæ naturalis & formæ artificialis, quia in quantum forma naturalis significat in tota

292 B. Ray. *Nulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ta materia longum latum & profun-
dum , & forma artificialis potest des-
truere in materia longum latum &
profundum , quando artificialiter ex
ea formatur alea æqualibus mensuris
in quadrangulo ; in tantum forma na-
turalis plus significat perfectionem in
corpore & materia per longum latum
& profundum , quam forma artifi-
cialis per quadrangulos æquales : Unde
quantò plus valet forma naturalis
quam artificialis , tantum significat
se plus valere in triangulo quam for-
ma aleæ in quadrangulo : Igitur cum
hoc ita sit , per significationes sen-
suales significatur tuam Perfectionem
non esse in Unitate & Quaternitate ,
sed in Unitate & Trinitate .

20. *Gloriose Domine !* Sensualiter
fentimus & intellectualiter intelligi-
mus , quod motus naturalis plus va-
leat , quam motus artificialis : unde
cūm motus naturales sint tres , quo-
rum duo sunt quatuor Elementorum ,
quaæ se movent sursum & deorsum &
Unus

Unus sit firmamenti , quod se mo-
vet in gyrum , & cùm homo se pos-
sit artificialiter movere in sex recti-
tudinibus & sit sub firmamento &
elementis , ideò sex rectitudines sunt
in perfectione sub tribus prædictis mo-
tibus ; & quando intellectus omnia
ista intelligit, tunc percipit tuam Per-
fectionem esse majorem & meliorem
si sit in tribus Personis quàm si esset
in quatuor quinque pluribus vel pau-
cioribus quàm tribus: Igitur quando
homo , *Domine* , per motum natura-
lem & artificialē scit memorare &
intelligere & amare Perfectionem quæ
est in tua gloriosa Trinitate & quæ
creavit motum , tunc orat & con-
templatur in ipsa tuam gloriosam Per-
fectionem.

21. *Virtuose Domine !* Quando ho-
mo vult memorare & intelligere tem-
pus esse unum compositum ex tribus
scilicet ex præterito & præsenti &
futuro , & in unione temporis duo
tempora imperfecta non habere tan-
ram

294 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
tam perfectionem, quantam habent
tria prædicta, tunc per hoc signifi-
catur quod Perfectio, quæ creavit
tempus, sit sine tempore in divina
Substantia unâ ex tribus glorioſis Per-
ſonis; quia si tua Unitas eſſet una
ex quatuor quinque pluribus vel pau-
cioribus Personis quam tribus, ita
ſignificaretur defectus in tua Eſſentia
ſicut duo tempora ſine tertio ſigni-
fican imperfectionem in tempore ſi
eſſet compositum ex pluribus tempo-
ribus quam ex tribus: igitur quando
homo, *Domine*, ſcit cogitare & per-
cipere omnes iſtas ſignificationes,
tunc orat & contemplatur tuam glo-
riosam Perfectionem.

22. h. *Spiritualis Domine! Qui me-*
um cor facis languere pra amore &
meos oculos facis fontes lacrymarum &
ploratum. Sensualiter ſentimus & in-
telleſtualiter intelligimus, quod prin-
cipium non poſſit eſſe in rebus ge-
neratis & corruptis ſine tribus rebus
ſcilicet materiâ & formâ & privatio-
ne;

ne; quia principium non est in una sine duabus nec in duabus sive una, nec in una sine altera, nec secundum cursum naturalem potest esse compositum in pluribus vel paucioribus quam tribus: unde per hoc significatur Perfectionem Creatoris, qui creavit principium, esse in Unitate & Trinitate: Igitur quando homo recipit istas significaciones in creaturis & postea se vertit ad recipiendum significaciones, quas creaturæ dant de tua Perfectione in tua Unitate & Trinitate, tunc orat & contemplatur tuam gloriosam Perfectionem.

23. *Vigoroſe Domine potens!* Sensualiter Sentimus & intellectualiter intelligimus, quod sensus consistat in Unitate & Trinitate scilicet in nomine & verbo & prepositione; & hoc idem est de voce, quæ non posset esse sine motu & aere & auditu; & idem est de visione, quæ non posset esse sine colore & superficie & spatio: unde cum omnes istæ & similes

296 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
miles res non possent esse , quin quælibet sit in tribus; per hoc , *Domine*, significatur humano intellectui quod Perfectio Creatoris qui creavit illas in Unitate & Trinitate etiam sit in Unitate & Trinitate.

24. *Singularis Domine !* Licet per omnes prædictas res significetur & demonstretur humano intellectui tuam gloriosam Perfectionem esse in Unitate & Trinitate in tua gloria Eſſentia Divina ; tamen per hoc non dicimus ullam aliam Perfectionem esse æqualem tuæ in virtute & dignitate ; cò quòd omnes creatæ perfectiones sint finitæ in vnitate & trinitate in quibus sunt , tua vero , *Domine* , sit infinita & æterna in tua Unitate & Trinitate. Sed quia per significationes sensuales quæ sunt in sensualibus creaturis , elevamus intellectum ad significationes intellectuales creaturarum ; & per Perfectionem , quam videmus sentimus & intelligimus in Unitate & Trinitate ipsarum , cle-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVII. 297
elevamus nostrum intellectum ad oran-
dum & contemplandum tuam glo-
riosam Perfectionem in tua sancta
Unitate & in tua gloriosa Trinita-
te.

25. i. *Domine vive! Qui es fons om-
nium vitarum & gratia omnium be-
nedictionum. Secunda Pars est Anima:*
Uude dicimus quòd sensualiter sen-
tiamus & intellectualiter intelligamus
omnes **creaturas**, quæ sunt in mundo
non posse satiare & complere volun-
tatem animæ: Igitur cùm hoc ita sit,
significatur, quòd Perfectio quæ crea-
vit animam sit complementum & Sa-
tietas ipsius: Unde quando homo,
Domine, hoc intellexit & cogitavit,
postea convenit cogitare, quòd ani-
ma non possit recipere perfectionem
voluntatis à suo Creatore, nisi velit
nobilitatem & honorationem, quam
memoria memorat, & intellectus in-
telligit de tua gloriosa Perfectione:
Igitur per hoc significatur humano
intellectui tuam gloriosam Perfectio-
nem

298 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
nem esse in Unitate & Trinitate in
tua gloriosa Essentia.

26. *Gloriose Domine!* Quando intellectus consideraverit tuam Perfectionem per significationes quas recipit ab anima, tunc debet elevare se ipsum ad Angelos ad intelligendum quod ipsi non possent recipere Perfectionem a tua Perfectione quin sua voluntas vellet & sua memoria memoraret & suus intellectus intelligeret tuam gloriosam Perfectionem; nam sicut corpus indiget oculis corporalibus ad recipiendum splendorem Solis & sine eis non posset recipere ipsum, ita Angeli indigent memoria & intellectu & voluntate ad recipiendum Perfectionem in tua gloriosa Perfectione.

27. *Humilis Domine!* Sicut Angeli habent Perfectionem in recipiendo eam a tua Perfectione, eò quod sua voluntas concordet cum suo memorare & suo intelligere ad amandum id, quod memoria memorat & intel-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVII. 299
intellectus intelligit de tua Perfectio-
ne, ita Dæmones habent defectum
in recipiendo perfectionem à tua Per-
fectione, cò quòd sua voluntas con-
trarietur memoriae in hoc, quòd non
amet id, quod memoria memorat
& intellectus intelligit de tua glorio-
sa Perfectione: igitur quando homo
cogitavit & intellexit rationem qua-
re Angeli recipiunt Perfectionem à
tua Perfectione per gratiam & per jus-
titiam ipsius, & quare tua justitia fa-
ciat Dæmones carere beatitudine,
eo quòd non ament tnam Perfec-
tionem, tunc intellectualis natura ho-
minis, quæ hoc intelligit de tua Per-
fectione, orat & contemplatur tuam
gloriosam Perfectionem.

28. k. *Misericors Domine plene mi-
sericordia & amore! Tertia Pars est
tua sancta Incarnatio gloriosa: Un-
de dicimus, quòd intellectualiter in-
telligamus per tuam sanctam Incar-
nationem significari humano intellec-
tui Perfectionem quæ est in tuis glo-
riosis*

300 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
riosis virtutibus scilicet in tua Poteſtate, Sapientia, Voluntate, Justitia, Mifericordia, Humilitate, Patientia, Liberalitate & aliis.

29. Nam sicut homo non sufficeret ad recipiendum splendorem Solis sine visu corporali, ita, *Domine*, anima hominis, quin intelligeret & affirmaret tuam Incarnationem Passionem & mortem, quam tuum gloriosum corpus sustinuit ad salvandum nos peccatores, non posset sufficere ad recipiendum gloriosam Perfectiōnem tuarum Virtutum, quam Tu vis demonstrari humano intellectui, ut memoria eam memoret & intellectus eam sciat & voluntas eam amet: unde licet noster intellectus non posset ita bene recipere cognitionem Perfectiōnis tuarum Virtutum sine Incarnatione sicut per ipsam, propterea tamen non intelligit, quod ante tuam Incarnationem neque post ipsam in tuis Virtutibus fuerit ullus defec-
tus, sicut non intelligit quod in So-

Lib. V. Dist. XL. Cap. C CCXXVII. 301
le fuerit aliquis defectus splendoris
antequam in homine sit visus cor-
poralis, neque post privationem ipsius.
30. Unde benedicta sit tua sanc-
ta Hamanitas gloria, quæ nobis est
visus sensualis & intellectualis, per
quem videmus gloriosam Perfectio-
nem in tuis gloriosis Virtutibus: un-
de quando homo memorat intelligit
& vult ipsam significatam per tuam
Incarnationem, tunc orat contempla-
tur glorificat & laudat ipsam memo-
rando intelligendo & volendo. Per-
fectionem tuarum gloriosarum Vir-
tutum per tuam Incarnationem; prop-
terea, *Domine DEUS*, tuus servus &
Contemplator tuæ gloriae. Perfectio-
nis genuflectit & osculatur terram, &
elevat suas manus & suos oculos ad
cœlum cum ferventi memoria intel-
lectu & voluntate dicens: Gloria Laus
Virtus & Honor sit omni tem-
pore magnæ gloriae & mira-
bili Perfectioni nostri glo-
riosi DEI.

INDEX TITULORUM TOMI XIII. VOLUMEN III.

LIBER V.

DISTINCTIO XL.

De Oratione.

- CAP. 315. De forma orationis fol. 3.
316. Quomodo homo oret & con-
templetur gloriosam Unitatem
nostrum Domini DEI. 22.
317. Quomodo homo oret & con-
templetur gloriosam Trinitatem
nostrum Domini DEI. 44.
318. Quomodo homo oret & con-
templetur Essentiam nostri Do-
mini

INDEX.

303

mini DEI. fol. 67.

CAP. 319. Quomodo homo oret & contempletur gloriosam Infinitatem nostri Domini DEI. 87.

320. Quomodo homo oret & contempletur gloriosam Vitam nostri Domini DEI. 108.

321. Quomodo homo oret & contempletur gloriosam Eternitatem nostri Domini DEI. 131.

322. Quomodo homo oret & contempletur gloriosam Potestatem nostri Domini DEI. 152.

323. Quomodo homo oret & contempletur gloriosam Sapientiam nostri Domini DEI. 177.

324. Quomodo homo oret & contempletur, & laudet & benedicat gloriosum Amorem nostri Domini DEI. 200.

325. Quomodo homo oret & contempletur gloriosam Simplicitatem sanctæ Essentiæ divinæ 226.

326. Quomodo homo oret & contempletur gloriosam Gloriam nos-

304

INDEX.

- nostri Domini DEI. 250.
327. Quomodo homo oret & con-
templetur gloriosam Perfectio-
nem nostri Domini DEI. 276.

ERRATA CONTENTA IN HOC tomo.

Fol. 9. lin. 5. quotiesunque dic.
F quotiescumque. fol. 39. lin. 18.
petfectionem dic. perfectionem. fol.
44. lin. 17. necessaris dic. necessariis.
fol. 92. lin. 21. omuia dic. omnia. fol.
93. lin. 8. inteilectus dic. intellectus.
fol. 119. lin. 1. Voluntatc dic. Volun-
tate. fol. 126. lin. 11. superfciei dic.
superficiei. fol. 187. lin. 23. & si dic.
& sit. fol. 190. lin. 3. qni dic. qui. fol.
172. lin. 13. mcmorat dic. memorat.
fol. 194. lin. 3. magniutdinem dic.
magnitudinem. fol. 256. lin. ult. di-
ritur dic. dirigitur. fol. 266. lin. 10.
tua, dic. tuam gloriam. fol. 267. lin.
13. beneficta dic. beneficiata. fol.
287. lin. 14. rres dic. tres.

BIBL. PUBL. MALLORCA



1056670

R. Llull 337

B.R.L.

Lib. Conté

Tom. 13.

R. 6

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13

13